436. Vetus Testamentum, secundum Septuaginta Interpretes, Latine redditum; et ex auctoritate Sixti V. Pontificis Maximi editum. *Romae, in aedibus Populi Romani, apud Georgium Ferrarium, 1588, in fol.* . . . . I. E. 10.

437. —— Exempl. alter. . 65. I. 28.

In latina hac Veteris Testamenti translatione plurimi Graece, ac Latine doctissimi viri desudarent, quos inter suam operam praecipue contulit Flaminius Nobilius, qui huic labori strenue intentus, totis incubuit viribus, ut Italicam, seu veterem illam Latinam Bibliorum versionem ex SS. Latinorum Patrum scriptis collectam, renovere posset. Eius praecipue diligentia ac studio haec editio accuratissime expensa, et praefatione, adnotationibus, et scholiis adornata prodiit. Cum tamen ipse ex SS. PP. undequaque fragmenta conraserit, hinc *non facilius in ea Italam, quam aliam quamlibet reperiri posse, certissimum est*: quod Cl. Dan. Huetius *in lib. de cl. interpr.*; et *Simonius in Disquis. crit. de var. Bibl. edit.*, aliique animadverterunt.

438. Vetus Testamentum Latinum, iuxta Veterem Italicam Versionem, MSS. Codicum ope, a Petro Sabatier editum, et illustratum. *Vide sup. n. 414.*

439. Vetus Testamentum Latinum, iuxta Ioan. Clerici translationem, cum eiusdem paraphrasi perpetua, et commentario. *Amstelodami, 1735; vol. IV. in fol.* . . . . 65. H. 12-15.

Veteris Testamenti Latini Libri seorsim editi.

440. Octateuchus, ex recensione Theologorum Lovaniensium, cum praefatione Ioan. Hentenii. *Antuerpiae, ex officina Christoph. Plantini, 1567, in 12.* . . . . I. A. 40.

441. Pentateuchus, sive Libri Moysis quinque, cum adnotationibus, et observationibus Hebraicis haudquaquam poenitendis, quae prolixi commentarii vice esse possunt, adiectis variis lectionibus. *Parisiis, apud Robertum Stephanum, Regis Typographum, 1541, in 4.°* . . . . XV.* F. 34.

442. Pentateuchus Moysis, commentario ex SS. Patribus, et recentioribus scriptoribus desumpto; et investigatione Hebraei, et Graeci textus illustratus; auctore Leonardo Mario. *Coloniae Agrippinae, typis Albini Dusseldorpfii, 1621, in fol.* . . . . 65. I. 11.

443. Libri Regum, Paralipomenôn, Esdrae, Tobiae, Iudith, Esther, et Iob. *Parisiis, per Simonem Colinaeum, 1534, in 12.* . . . . I. A. 41.

444. Psalterium Davidicum Quintuplex, Gallicum, Romanum, Hebraicum, Vetus, et Conciliatum; cum praefatione, et

commentario Iac. Fabri Stapulensis. *Parisiis, ex chalcotypa Henrici Stephani* (qui fuit Roberti Pater) *1513, literis rubro-nigris, in 4.°* . . . . 66. H. 36.

444. — Idem Psalterium. (Cademi) *arte et industria M. Petri Olivier impressoris; aere et expensis Michaelis Angier librarii, 1515, in 4.°* 66. H. 39.

In prima parte utriusque editionis exhibetur Psalterium *Gallicum*, quo nempe Ecclesia Gallica utebatur; *Romanum* quod a D. Hieronymo Romae emendatum fuerat, ad usum Romanae Ecclesiae; et *Hebraicum* ab eodem S. Doctore ex Hebraeo, nulla media intercedente lingua, latinitate donatum. Cuique Psalmo subiiciuntur tituli, expositiones continuae, concordia cum N. Test., et animadversiones; quibusdam vero etiam paraphrases poëticae, et meditationes. In secunda parte additur *Psalterium Vetus*, quod D. Hieronymi emendationem praecesserat; et *Conciliatum*, pauca addens, vel mutans ad Gallicum, quo magis *veritati*, *et Hebraico concordet Psalterio*.

445. Psalterium, ex Hebraeo diligentissime ad verbum fere a Fel. Pratensi in Latinum translatum, et adprobante Leone X P. M. editum; cum titulis, variis lectionibus, explicationibus marginalibus, et quorumdam verborum declarationibus. *Venetiis, in aedibus Petri Liechtenstein Coloniensis, sumptibus Dan. Bombergii, 1515, characteribus goth. rubro-nigris, in 4.°* . . 68. N. 12.

446. —— Exempl. alter.. 66. G. 44.

447. Psalterii versiones Latinae tres, 1.ª nempe Aug. Iustiniani, respondens de verbo ad verbum Hebraeo textui. 2.ª eiusdem respondens Chaldaicae psalmorum Paraphrasi. 3.ª communis, seu Vulgata. *Extat in Psalt. Polygl. Genuae, 1516, de quo vid. num. 102, et 103.*

448. Psalterium, Latine ex Hebraeo translatum a Felice Pratensi, cum argumentis. *Acc.* Cantica, et preculae aliquot sinceriores. *Basileae, per Andream Cratandrum, 1526, in 16..* . . . I. A. 32.

449. Psalterium, secundum editionem vulgatam. *Venetiis, apud Iacobum Pentium, 1527, in 4.°..* . . XVI.* D. 33.

Elegans haec editio *gothicis*, quos vulgo appellant, characteribus nitidissime impressa, a Panzero, ceterisque Bibliographis haud memoratur. Ad nostri exemplaris exteriorem marginem manu exarata legitur integra Ioan. Campensis in Psalmos Paraphrasis; et haud spernendae quaedam adnotatiunculae, quae videntur ineditae, interiori margini adscribuntur.

450. Psalterium Latine ex Hebraeo redditum a D. Hieronymo, additis eiusdem Psalterii versionibus Xantis Paonini, et Felicis Pratensis, nec non Latina editione vulgata. *Lugduni, apud Seb. Gryphium, 1530* — *Vide* Psalterium Sextuplex, *sup. num. 106.*

451. Liber Psalmorum, recentioris cuiusdam Theologi opera, in Latinum ex Hebraica veritate conversorum. Accedit Salomonis Ecclesiastae Concio a Ioan. Campensi ex Hebraico παραφραστικῶς traducta. *Lugduni, apud Philippum Rhomanum, opera Ioan. Barbou, alias le Normand, 1536, in 16.* . . II. A. 32.

Haec Psalmorum ex Hebraeo versio, quae non verbum e verbo, sed sensum e sensu reddit, Huldr. Zwinglio tribuenda est, prout constat ex eiusdem collatione cum *Psalmorum Enchiridio* impresso in *Tom. III. pag. 143, et seqq. Opp. Zwingli. Tiguri 1544.*

452. Psalmorum Enchiridion, eorumdem ex Hebraica veritate versionem, ac Ioannis Campensis in eosdem paraphrasin e regione sic positam, ut versus respondeat versui, complectens. Accedit eiusdem Campensis paraphrasis in Ecclesiasten; et Salomonis oratię in dedicatione Templi. *Lugduni* (per Seb. Gryphium) *1536, in 16.* . . . . I. A. 33.

Ipsamet Latina versio, de qua in praecedenti titulo, ac notula mentionem iniecimus, in hac, et sequenti *Lugdunensi* editione, cum Campensis paraphrasi impressa exhibetur. Quamvis vero in hac Typographi nomen reticeatur, procul dubio tamen Gryphio ipsam adscribendam omnino esse, ex eiusdem cum sequenti collatione constat.

453. Psalmorum Enchiridium, eorumdem ex veritate Hebraica versionem, ac Ioan. Campensis e regione positam paraphrasim complectens. *Lugduni, per Seb. Gryphium, 1540, in 16.* I. A. 34.

454. Psalmorum Davidis, ac Concionis Salomonis Ecclesiastae, iuxta Hebraicam veritatem paraphrasis, auctore IOAN. CAMPENSE. *Basileae, apud Nic. Episcopium Iuniorem, 1553, in 16.* . . II. A. 33.

455. Psalterium, iuxta D. Hieronymi translationem, brevibus paraphrasibus, seu scholiis textui interpositis illustratum, auctore REYNERIO SNOY-GOUDANO. *Antuerpiae, per Ioan. Steelsium, typis Ioan. Graphei, 1538, in 12.* II. A. 59.

456. — *Lugduni, apud Dominicum Veraarduum, 1545, in 12.* III. B. 38.

457. — *Parisiis, apud Carolam Guillard, 1549, in 12.* . . . . . . I. B. 30.

458. — *Romae, typis Angeli Bernabò, 1700 in 12.* . . . . . . 3. B. 63.

459. Liber Psalmorum Davidis: cum adnotationibus in eosdem ex Hebraeorum commentariis excerptis. *Acc.* Cantica, quae in Bibliis sparsim leguntur; et in eadem adnotationes. *Lutetiae, ex officina Roberti Stephani, typographi Regii, 1546.* . . . . XV.* B. 29.

460. Psalterium Davidicum vetus, castigatum, argumentis, nova ex Graeco versione, oratorio artificio, scholiisque geminis ornatum, et Paraphrasi passim intexta illustratum; auctore WILH. DAMASO LINDANO. *Coloniae Agrippinae, apud Petrum Horst, 1586, in 12.* . III. B. 15.

461. Davidis Psalmi, Latine, ex Arabico redditi. *Romae, e typogr. Savariana 1614. V. sup. num. 151 ad 153.*

462. Davidis Psalmi variis calendariis, et commentariis illustrati a GIL. GENEBRARDO. *Lugduni, apud Horatium Cardon, 1607; vol. II. in 8.°* . 66. C. 7-8.

463. Psalterium, cum Sacris Canticis, quae in Breviario Romano occurrunt; cum brevi, accurata, et literali explanatione PETRI DES-CAMPS-NEUFS. *Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy, 1658, in 8.°* . . . . 1. C. 14.

464. Liber Psalmorum, iuxta Vulgatam editionem, cui alia versio *Reformata*, seu ad Hebraicum textum adcommodata, e regione opponitur; cum notis, quibus Psalmorum litteralis sensus exponitur, auctore LUD. ELLIES DU-PIN. *Parisiis, apud Andr. Pralard, 1691, in 8.°* . . . . 68. G. 26.

465. Psalterium, cum praefatione, argumentis, paraphrasi, et adnotationibus LUDOVICI FERRANDI. *Lutetiae Parisiorum, apud Andream Pralard, 1683, in 4.°* . . . . 66. F. 1.

466. — *Ibidem, apud Dionysium Mariette, 1701, in 4.°* . . . . 68. Q. 18.

467. Psalterium, et Cantica, secundum D. HIERONYMI versionem, et VULGATAM; cum praefatione, argumentis, et notis IAC. BEN. BOSSUET. *Lugduni, apud Ioan. Anisson, 1691, in 8.°* II. C. 33.

468. — *V. etiam Tom. I. eiusdem Opp. Omn. Parisiis 1743 in 4.°*

469. Psalterium Duplex, cum Canticis, iuxta Vulgatam Graecam LXX. Seniorum, quae Latinis characteribus rotundis exprimitur, et antiquam Latinam, seu *Italicam* versionem; ex Codd. MSS. Capituli Veronensis editum, opera, et studio Ios. BLANCHINI. *V. eiusdem* Vindic. Canonic. Script. Vulgat. edit. Lat. *Romae, 1740, fol.* . . . . II. H. 27.

470. — Vide etiam in Tom. IV. ANASTASII BIBLIOTH. *de Vitis Roman. Pontif, cum variorum notis. Romae, 1735, pag. LXXXV, et seqq.*

471. Psalterium, iuxta duplicem editionem, Romanam, et Gallicam, una cum Canticis Biblicis, ex antiquis MSS. Codd. digesta per Ios. M. CARD. THOMASIUM; ex nova recensione, et cum notis ANT. FR. VEZZOSII. *V. eiusdem Opera omn. Romae, 1747; tom. II.°*

472. Psalterium, iuxta LXX Interpretum translationem, a D. HIERONYMO emendatum; cum perpetua interpretatione, adiectisque notis ANT. FR. VEZZOSI. *Inter* CARDINAL. THOMASII *Opp. Omn. tom. III.°*

473. Psalmi, et Cantica, iuxta versionem Vulgatam, cum nova translatione ex Hebraeo facta, auctore FR. HOUBIGANTIO. *Parisiis, 1755, in 12.°* II. A. 60.

474. Psalmorum versio nova ex Hebraeo fonte, cum argumentis, et notis; cui accedunt versiones tum vulgata, cum S. Hieronymi; auctoribus PP. Cappuccinis Societatis Hebraeae Clementionae Parisiorum. *Maceratae*, *1792*. — *V. Principii discussi vol. XI. p. I., e p. II.*

475. Psalmi Davidis poetice expressi. V. Flaminius (M. Ant.) — Beza (Theod.) — Buchananus (Georgius) — Sangrinus (Angelus) — Arias-Montanus (Benedictus) — Mourettus (Franc.) — Palmerius. (Anton.) *Inter Sacros Poëtas.*

476. Psalmi Confessionales, sive Poenitentiales inventi in scrinio D. Antonii I Portugalliae Regis, eiusque manu scripti. *Lutetiae*, *1634*, *in 16*. II. A. 20.

477. Iobus, iuxta Vulgatam editionem, brevi commentario, et metaphrasi poetica illustratus a Franc. Vavassore. *Parisiis*, *apud Rollin*, *1732*, *in 8.°*. 2. B. 46.

478. Salomonis Regis Libri, nempe Proverbia, Ecclesiastes, Cantica Canticorum, et Sapientia cum notis Iac. Ben. Bossuet. *Acc.* Ecclesiasticus, secundum versionem Vulgatam, et Sixtinam exhibitus, notisque illustratus. *Parisiis*, *et Lugduni*, *apud Anissonios*, *1693*, *in 8.°*. . . . . II. G. 20.

479. —— *Venetiis; apud Ioan. Bapt. Albritium*, *1732*, *in 8.°*. . . 1. B. 28.

480. Proverbia Salomonis Regis, cum trium Rabbinorum commentariis, quos Ant. Giggeius interpretatus est, notisque, ac variis lectionibus illustravit. *Mediolani*, *ex Collegii Ambrosiani Typogr.*, *1620*, *in 4.°*. . . . . 106. D. 18.

481. Canticum Canticorum ad veritatem Hebraicam emendatum, et Isidori Clarii scholiis illustratum. *Venetiis*, *apud Gabrielem Iolitum*, *1544*, *in 8.°* I. B. 28.

482. — Idem Canticum cum trium Rabbinorum commentariis, G. Genebrardo interprete. *Parisiis*, *apud Mart. Iuvenem*, *1570*, *in 4.°* . . . II. C. 7.

483. Libri Prophetarum, et Machabaeorum Latine redditi. *Lugduni*, *apud Ioan. Clein*, *1529*, *in 12.* . II. A. 19.

NOVUM TESTAMENTUM, LATINE.

484. Novum Testamentum, secundum veterem versionem, quam *Italicam* vocant, curante Petro Sabatier editum; eiusdemque praefatione, ac notis illustratum. *Vide Bibl. SS. Vers. Antiqu. sup. n. 414. in tomo III.*

485. Novum Testamentum, secundum D. Hieronymi, seu Vulgatam versionem. *V. inter D. Hieronymi opera*, *iuxta edit. et loc. cit. sup. num. 422*, *et 423.*

486. — V. item poene omnes utriusque Testamenti Latinas Catholicorum editiones, *sup. num. 281*, *et seqq.*

487. Novum Testamentum Latine redditum a Des. Erasmo. *V. sup. Nov. Test. Gr.-Lat. num. 255 ad 257*; *et Bibl. var. transl. Venet.*, *1747*, *n. 413.*

488. — Ex recensione Theologorum Tigurinorum. *V. sup. num. 343.*

489. — Eadem Erasmiana versio, innumeris in locis emendata, cum Graeco textu, et Glossa compendiaria M. Flacci Illyrici. *Francofurti*, *apud Ioan. Beyerum*, *sociosque*, *1659*, *in fol.* 68. K. 89.

490. Novum Testamentum, secundum X. Paonini versionem. *Ext. cum* Vet. Testam., *de quo sup. n. 331*, *et 332.*

491. — Eadem versio a Ben. Aria Montano recognita, et inter Graeci textus lineas inserta. *V. sup. num. 92*, *93*, *97*, *122 ad 126*, *et 261*, *et seqq.*

492. — Eadem versio, ex nova recensione Ioan. Leusdenii. *V. sup. n. 268.*

493. Novum Testamentum, iuxta vulgatam editionem, ad vetustissimorum utriusque linguae exemplarium fidem diligentissime emendatum ab Isidoro Clario; adiectis eiusdem scholiis, et quibusdam locis ita locupletibus, ut pro commentariis sufficere possint. *Venetiis*, *apud Petrum Schoeffer*, *Germanum*, *1541*, *in 8.°* . . . . 66. C. 35.

494. — *Ext. pariter cum* Vet. Testam. *Venet. 1542*; *de quo sup. n. 340*, *etc.*

495. Novum Testamentum Latinum, cum brevibus variarum translationum adnotatiouibus, adiecta veterum Latinorum exemplarium MSS. diversa lectione; cum praefatione Roberti Stephani. *Parisiis, typis eiusdem editoris, 1541 in 8.°* . . . . XV.* C. 22.

Haec N. T. editio a *Rob. Stephano* summa cura elaborata, et Hebraismorum corollario adaucta, ob quasdam Protestantium doctrinas adnotationibus insertas, gravi Doctorum Parisiensium censura inusta fuit. Nostrum exemplar, rubris lineis signatum, nitidissimum est, et amplo margine decoratur.

496. Novum Testamentum Latinum, haud poenitendis Sacrorum Doctorum scholiis, Ioannis Benedicti cura concinnatis, illustratum; iamque de integro recognitum. *Parisiis, apud Carolam Guillard, et Guilielmum Desbois, 1551, in 12.°*. . . . . II. A. 16.

Secunda haec est editio N. T. a Io. Benedicto recogniti, post primam anni 1543; de qua plura qui cupit, adeat Rich. Simon. *Hist. Crit. Comm. in N. T. cap. XL.*

497. Novum Testamentum, iam olim a vetere interprete, nunc denuo a Theodoro Beza in Latinum versum; cum eiusdem adnotationibus, in quibus interpretationis ratio redditur: addita Hebraeorum, Chaldaeorum, Graecorumque nominum interpretatione, et in utrumque Testamentum copiosissimis indicibus. (Genevae) *sub Oliva Roberti Stephani, 1556, in fol.* . . . . XV.* G. 7.

Prima haec est editio Latinae versionis, quam ex Graeco, *venerandae in primis antiquitatis* Codice, in Academia Cantabrigiensi nunc asservato, Th. Beza concinnavit, suisque adnotationibus auctam praestitit. Avide eam arripuit *Stephanus*, et eleganter, supra dicto anno 1556, impressam dedit, una cum Veteri Testamento, iuxta editionem vulgatam, cum versione Xantis Pagnini, et cum adnotationibus, quae dicuntur, Vatabli. Hoc tamen, quod a nobis desideratur, Testamentum Vetus, insequenti anno 1557, duobus *in fol.* voluminibus in lucem prodiit.

498. Novum Testamentum, Latine redditum a Seb. Castalione. *Extat cum Vet. Test. de quo vide sup. num. 351, et 403.*

499. Novum Testamentum Latinum, cum quibusdam adnotationibus Ioannis Benedicti, eiusdem argumentis ad singula capita, et copiosissimis Veteris, et Novi Testamenti indicibus. *Parisiis, apud Iacobum Kerver, 1560, in 8.°, cum fig.* . . . . III. D. 44.

Novum hoc Testamentum, quod una cum Veteri, curantibus Theologis Parisiensibus, citato loco, et anno quatuor voluminibus editum fuit, a praecedentibus tomis avulsum, solum possidemus, ideoque heic recensendum existimavimus.

500. Novum Testamentum Latinum, haud poenitendis Sacrorum Doctorum scholiis illustratum, iudicibusque locupletatum, auctore Ioan. Benedicto. *Coloniae, apud Maternum Cholinum, 1564, in 8.°*. . . . . I. B. 35.

501. Novum Testamentum, ex vetustissima translatione Syra in Latinum conversum ab Emm. Tremellio. *Genevae, 1569, typis H. Stephani; et Lugduni, 1571. Vide sup. num. 111, et 112.*

502. — *Vide item* Veteris, et Novi Testamenti Iunio-Bezianas editiones, *num. 378, 381, 389 etc.*

503. Novum Testamentum Latinum, Romae revisum, et adprobatum a Fr. Th. Manriquez; cum indice Epistolarum, et Evangeliorum totius anni. *Venetiis, apud Iuntas, 1572, in 8.°.* XV.* B. 32.

504. Novum Testamentum Latinum, cum R. Stephani praefatione, et obscuriorum vocum interpretatione ad margines apposita. (*Genevae*) *Excudebat Henr. Stephanus, 1576, in 12.°.* XV.* A. 6.

505. Novum Testamentum, iuxta editionem Ioannis Hentenii, cum eiusdem praefatione; adiectis ad calcem notis Lucae Brugensis, curantibus Theologis Lovaniensibus. *Antuerpiae, in officina Plantiniana, 1584, in 16.* II. A. 53.

506. Novum Testamentum, Latine, ex antiqua translatione Syra, auctore Guid. Fabricio Boderiano. *Parisiis, 1584. Extat in Nov. Test. Polygl. n.° 113.*

507. Novum Testamentum, e Graeco archetypo Latine redditum, et iam ultimo recognitum a THEODORO BEZA, eum eiusdem notis; eui ex adverso additur eiusdem N. T., ex vetustissima translatione Syra, Latina translatio IMM. TREMELLII, coniuncta notis, ad linguae, et rerum intelligentiam; quam FRANC. IUNIUS recensuit, auxit, illustravitque. *Hanoviae, typis Wechelianis, apud Claudium Marnium, 1602, in 4.°* 66. F. 11.

Editio omnium praestantissima, iuxta *Josephum Scaligerum*. Ceteras vero eiusdem versionis editiones, quae una cum V. T. prodierunt, superius recensuimus num. 258, 265, 267, 378, 381, 389, 397 etc.

508. Novum Testamentum, ex versione Vulgata, cum paraphrasi, et adnotationibus HENRICI HAMMONDI, quas ex Anglica lingua in Latinam transtulit, suisque animadversionibus illustravit, castigavit, auxit IOANNES CLERICUS. *Amstelodami, apud Georgium Galletum, 1699, vol. II. in fol.* III. F. 19. 20.

509. —— *Francofurti, apud Thomam Fritsch, 1714, vol. II. in f.* II. G. 9. 10. Exempl. alt. . . . . . . 106. E 20-21.

510. Novum Testamentum Latinum, iuxta exemplar Vaticanum, ad usum Collegii S. Congregationis de Propaganda Fide editum. *Romae, typis eiusdem S. Congr. 1767, vol. II. in 12.* . . . 66. B. 65. 66.

511. Novum Testamentum Latinum, ad exemplar Vaticanum accurate revisum. *Parisiis, typis Barbou, 1785, in 8.°* . . . . XIX.* B. 15.

In huius nitidissimae editionis praefatione profitetur solertissimus typographus, tantam adhibitam fuisse in relegendis foliis diligentiam, ut vix ullum mendum in eamdem irrepsisse credat. Singulis capitibus brevissima praefiguntur summaria; et ad operis calcem adiicitur accuratissima geographica tabula *Locorum*, de quibus in *Novo Testamento* fit mentio, auctore D. LATTRÉ.

PARTES NOVI TESTAMENTI *LATINE*.

512. Evangeliarium quadruplex Latinae versionis antiquae, seu veteris Italicae, in lucem editum ex Codd. MSS. aureis, argenteis, purpureis, aliisque plusquam millenariae antiquitatis; cum prolegomenis, variis lectionibus, et notis IOSEPHI BLANCHINI Veronensis. *Romae, typis Ant. de Rubeis, 1749; vol. IV. in fol.* . . . . II. G. 9-12.

513. —— Exempl. alter. 106. I. 6-9.

514. Sacrosanctus Evangeliorum Codex, S. Eusebii Magni, Vercellensis Episcopi, et Martyris manu exaratus, ex autographo Basilicae Vercellensis ad unguem exhibitus, et in lucem editus, opera, et studio IOAN. ANDREAE IRICI; cum eiusdem praefatione, notis, et concordantibus lectionibus. *Mediolani, in Regia Curia, apud Iosephum Bonacinam, 1748, in 4.°* . . . . I. D. 37.

515. —— Exempl. alt. . . 66. G. 6.

516. Evangelia quatuor, et Acta Apostolorum, Latine, cum elucidationibus BEN. ARIAE MONTANI. *Antuerpiae, ex officina Plantiniana, 1571, in 4°.* . . . . I C. 6.

517. —— Exempl. alter. 106. D. 15.

518. Quatuor Evangelia, cum selectis scholiis EMANUELIS SA'. *Ibidem, 1596, in 4.°* . . . . 106. C. 20.

519. Manuale Divinum, h. e. supercoelestes D. PAULI Apostoli Epistolae, cum argumentis. Accedunt Canonicae epistolae D. PAULI ad Senecam, et SENECAE ad D. Paulum. S. IOAN. CHRYSOSTOMI Homiliae tres de laudibus D. Pauli. S. DAMASI Papae Carmina de eiusdem Apostoli triumphis. Et Officiolum quotidianum S. Pauli. *Venetiis, per Bernard. de Vitalibus, sine anni nota, in 12.* I. B. 36.

Etsi haec editio, quam a nemine citatam vidimus, anni nota careat, anno tamen 1503 haud posteriorem esse, tum ex characterum forma, cum ex eo adparet, quod nec apud PANZERUM, nec apud alios Bibliographos ulla praedicti impressoris editio post hunc annum nobis occurrat. Hinc nec primus, nec solus IAC. FABER STAPULENSIS fuit, qui in sua, quam mox recensebimus, *Paulinarum* epistolarum editione Parisiensi, hasce apocryphas PAULI, et SENECAE amoebaeas epistolas, genuinis reliquis, et authenticis Epistolis adiunxit; ut asseruit IOANNES ALB. FABRICIUS

in *Cod. Apocr. N. T. Hamburgi*, 1719. 10. II. pag. 891.

521. Divi Pauli Epistolae, iuxta Vulgatam editionem, cui e regione respondet earumdem intelligentia ex Graeco; auctore Iac. Fabro Stapulensi. *Acc.* eiusdem Commentarie in easdem Epistolas; et in Epistolam apocrypham ad Laodicenses; tum etiam in *D. Pauli*, et Senecae Epistolas, ac S. Lini libellum De Passione Petri, et Pauli. *Parisiis, per Henr. Stephanum* (qui fuit Roberti pater) *1515, in fol.* . . . . II. D. 9.

522. —— Exempl. alterum II. H. 30.

523. Divi Pauli, ac ceterorum Apostolorum Epistolae Canonicae; et D. Ioannis Apocalypsis. *Acc.* Epistolarum, et Evangeliorum Index. *Brixiae, per fratres de Turlinis, 1537, in 12.* . . . I. B. 38.

524. — Eaedem Epistolae, ac Apocalypsis; cum brevissimis, et facillimis scholiis ex antiquissimis Graecorum auctoribus collectis a Ioan. Gagneio. *Parisiis, apud Simonem Colinaeum, 1543, in 8.°* . . . . 106. A. 47.

525. D. Pauli Apostoli Epistolae; ceteraeque Epistolae Catholicae; cum argumentis, et elucidationibus Francisci Titelmanni. *Lugduni, apud Guil. Rovillium, 1554, in 12.* . . . II. A. 61.

526. D. Pauli Epistolae, ceteraeque SS. Apostolorum Epistolae Catholicae; cum elucidationibus Ben. Ariae Montani. Tum S. Ioannis Apocalypsis, cum eiusdem Montani significationibus. *Antuerpiae, ex officina Plantiniana, 1588, in 4.°* . . . . 3. C. 6.

§. VI.

VERNACULAE SS. BIBLIORUM VERSIONES, ALPHABETICO ORDINE DIGESTAE.

Anglice.

527. The Holy Bible containing the old Testament, and the New: newly translated out of the original Tongues, and with the former translations, diligently compared, and reuised, by His Majesty's special command. *London, printed by Thomas Baskett, 1750, in 8.°* . . . 2. B. 47.

Duae Sacrorum Bibliorum vernaculae versiones, iuxta dissidentia de religione studia, in Anglia praecipue celebrantur; *Genevensis* una, ab Anglis *Genevae*, Reginae Mariae tempore, exulantibus confecta, et edita, quam omnium pessimam Rex Iacobus I appellabat; *Regia* altera, eiusdem Regis iussu, et auspiciis, XVII seculi initio, a septem et quadraginta doctis viris elaborata, et anno 1612 primum *Londini* impressa. Hanc vero inter omnes Europeas translationes eminere, iactat Walton *in App. Bibl. proleg. V. n. 5. p. 270. Edit. Tigur. 1673 fol.* Ad eamdem nostra haec referri debet.

528. Novi Testamenti versio Anglica, ex Graeco, secundum *Genevensem* editionem anni 1561; DD. Coverdale, Whittingham, et Ant. Gilby auctoribus. *Extat in Novo Test. Polygl. Hutteri, de quo sup. num. 95, et 114.*

Anglo-Saxonice.

529. Quatuor Evangeliorum perantiqua versio Anglo-Saxonice, ex MSS. Codd. emendatius recusa, curante Th. Mareschallo; cum eiusdem observationibus. *Extat cum Evang. versione Gothica, de qua inf. num. 579.*

Armenice.

530. Psalterium Davidicum, ac ceterae Veteris, et Novi Testamenti partes, quae in Divinis Officiis leguntur. *Ext. in Breviario Armeno. Romae, 1680. V. inf. inter Liturgicos.*

Belgice, sive Hollandice.

531. Biblia, dat is: De gantsche H. Schriftuere, grondelickende trouwelick verdnytschet, met verclaringe duysterer woorden, redenen, spreucken, ende verscheuden Lectien, die in ander loftïcke oversettingen gevonden, ende hier æn de cant toegesettet zijn. Met noch rijcke aenwiisingen der geliick ofte ongelijckstemmende plaetsen, op het alder gewiste, met scheydt-letteren, teeckenen, ende versen-getale verteeckent. *Tot Am-*

stelredam, by Ian Evertsz, 1609, in fol. . . . . I. E. 20.

Belgica haec versio, quoad Vetus Testamentum, versionem Germanicam MART. LUTHERI; quoad Novum vero, translationem sequitur IOAN. VITENHOUE; iuxta editionem *Emdensem*, anni 1565.

532. Biblia, dat is: De gantsche H. Schrifture vervattende alle de canonycbe Boeckë des Oudë en des Niewen Testaments. Nu eerst, door last der Hoogh-Mog Heeren Staten Generales van de Vereenigde Nederlanden en volgens het Besluyt vande *Synode Nationael* gehouden tot Dordrecht, inde Iarë 1618 en 1619. Uyt de Oors pronckelijcke talen in onse. Neder-landtsche tale getrouwelijck over-geset. *T' Amsterdam, by Ian Merckisz, en Compagnie, 1642, in 12.* . . . . 106. A. 12.

Sacrorum Bibliorum Belgica haec versio, non ex *Lutheri* translatione Germanica, utpote quae sincera non esset, sed ex originalibus linguis facta est, ex decreto Conciliaboli Dordraceni anni 1618–19; iussu vero et auspiciis Generalium Ordinum foederati Belgii. Editio exacta est ad praecedentem anni 1636–37. Psalmi in ea exhibentur metrice redditi a PETRO DATHENO, cum notis musicis IOAN. PIETERS. Adduntur *Formulae precum ecclesiasticarum, et Catechismus Protestantium.*

BOHEMICE.

533. Novi Testamenti versio Bohemica, e Graecis fontibus, FF. Bohemorum opera, deducta; secundum editionem in *Castello Kralitz in Moravia* procuratam, anno 1593; sumptibus Baronis IOAN. ZEROTINII. *Ext. in Novo TESTAM. POLIGL. cit. num. 95, et 114.*

DAMULICE,

seu TAMULICE, seu MALABARICE.

534. Biblia Tamulica, seu quod Deus omnipotentissimus, semetipsum ex sua aeternitate manifestaturus, de coelo est locutus. Veteris Testamenti pars prima, in qua Mosis libri quinque, JOSUE liber unus, atque liber unus JUDICUM, studio, et opera BARTH. ZIEGENBALDII, Missionarii ad Indos Orientales, in linguam Tamulicam conversi continetur. *Trangambariae, in littore Coromandelino, typis, et sumptibus Missionis Danicae, 1723, in 4.°* . . . . 65. E. 10.

— Pars secunda, sacros libros continens a Libello Ruth, ad Canticum Canticorum, in linguam Damulicam conversos; studio, et opera eiusdem B. ZIEGENBALGII, et BENIAMINI SCHULTZII, Missionariorum ad Indos Orientales. *Ibidem, 1726, in 4.°* . . . . 65. E. 12.

— Pars tertia, Prophetas maiores, et minores continens, ab iisdem Missionariis in eamdem Linguam conversos. *Ibidem, 1727, in 4.°* . . . . . . 65. E. 12.

— Pars quarta. *Libri Apocryphi*, seu Libri a quibusdam piis viris Ecclesiae antiquae Iudaicae, post Prophetas Veteris Testamenti, scripti; continentes partim varias regulas vitae utiles, partim supplementum historiae Ecclesiasticae V. T. (scilicet Liber Sapientiae; Ecclesiasticus; Esdras; Tobias; Judith; adiectiones ad Ester; Baruch; Epistola Hieremiae; adiectiones ad Danielem, seu trium virorum hymnologia; Historia Sosannae, item Belis, et Draconis; Maccabaeorum libri tres; et Manassis oratio) studio, et opera eorumdem Missionariorum in Damulicam linguam conversi. *Trangambariae, typis, et impensis Missionis Danicae, 1728, in 4.°* . . . . 65. E. 13.

De hac editione, ceterisque operibus, quae iisdem, aliisque Danis Missionariis debemus, legi poterit Jo. ALB. FABRICII *Salutaris Lux Evangelii. Hamb. 1731, pag. 610, et seq.*

DANICE.

535. Novi Testamenti versio Danica, ad MARTINI LUTHERI Germanicae versionis ductum concinnata; iuxta secundam editionem a Theologis Hafniensibus recognitam, quae *Hafniae*, anno 1589, *Friderici* II iussu prodiit. *V. NOVUM TEST. POLYGL. HUTTERI cit. num. 114.*

VETUS, ET NOVUM TESTAMENTUM

VERSIONES GALLICE.

536. La Sainte Bible contenant le Vieux, et le Nouveau Testament, traduite du

Latin ou François par les Théologiens de l'Université de Louvain, avec les concordances des lieux controverses. *Paris, chez Pierre Menard, 1639, in fol, avec des fig. en t. d.* . . . . 67. K-12.

Usque ab anno 1546, Caroli V Imperatoris iussu, quibusdam Facultatis Theologicae Lovaniensis Doctoribus id negotii datum est, ut ex Bibliis Latinis ibidem correctis, editisque Gallica versio concinnaretur, quae *verbatim* nullo addito, vel detracto verbo, Latinam Vulgatam exprimeret. Quae quidem versio *Lovanii* primum, anno 1550, prodiit; dehinc vero pluries, tum ab iisdem Theologis, cum a Facultate Theologica Parisiensi revisa, et emendata, inter Catholicas, quae tunc temporis legebantur, versiones praecipuum locum obtinuisse visa est. Ad hanc porro *Lovaniensem* versionem *Parisiis* recognitam proxime a nobis citata pertinet.

537. La S. Bible, qui contient le Vieux, et le Nouveau Testament. Édition nouvelle faite sur la version de Genève, reveue, et corrigée; enrichie, outre des anciennes notes, de toutes celles de la Bible Flamande, de la plupart de celles de Diodati, et de beaucoup d'autres, de plusieurs cartes curieuses, et tables fort amples. Le tout disposé par Samuel, et Henry Des-Marets. *Amsterdam, chez Louis, et Daniel Elzevier, 1669, in fol.* . . . . XIV.* G. 1.

Splendidissima haec editio, ab *Elzeviriis* adornata, Gallicam Sacrorum Bibliorum versionem continet Petri Rob. Olivetani, Calviniani, quae *Genevae*, anno 1535 primum prodiit; pluriesque postea a Pastoribus Genevensibus recognita, et castigata fuit. Ad editionem Parisiensem *Petri des Hayes*, anni 1652, hanc exactam esse Praefationis auctor affirmat. Uberrimae adiiciuntur notae, maiori ex parte Theologicae, in quibus ἀκρίβειας passim a doctioribus desiderari advertunt Auctores *Actor. Erudit. Lips. an. 1707, pag. 242.*

538. La S. Bible, traduite par les Théologiens de Louvain; avec les Concordances des lieux, et passages controverses de la S. Écriture. *Lyon, chez Claude Carteron, 1690, in fol. fig.* . . . . II. E. 2.

539. La S. Bible, traduite en François, avec le texte Latin à côté, et l'explication du sens littéral, et du sens spirituel, tirée des SS. Pères, et des Auteurs Écclesiastiques, par M.r Louis Isaac le Maitre de Sacy. *Paris, chez Lambert, Roulland, et Desprez, 1692-99; et Bruxelles, chez Eugène Henry Fricx, 1699-1703; vol. XXXVII in 12.* . . . 68. L. 1. 57.

Longum esset, et a nostro instituto alienum, huiusce Gallicae versionis originem, oeconomiam, pretium, et vices, vel leviter attingere. Nos variarum, quas possidemus, editionum vulgatissimae huiusce Gallicae versionis seriem heic prodere contenti sumus: et qui plura cupit, ad Le-Longii *Bibl. Sacr. Tom. I.° pag. 336, et sequ.* amandamus. Id solummodo animadvertendum ducimus, hanc, ceterasque *Bruxellenses* editiones, non ad primam anni 1672, sed ad secundam anni 1682, a DD. de Fossé, et Beaubrun emendatam, continuatam, atque perfectam, exactas fuisse.

540. La S. Bible, traduite en François, par le même M.r de Sacy, avec le texte Latin, des notes littérales sur les endroits les plus difficiles, et la Concorde Évangélique; avec un IV.me Tome contenant les livres Apocryphes; et autres pièces Bibliques. *Paris, chez Guill. Desprez, et Jean Desessartz, 1717; vol. IV. in fol.* . . . . III. H. 14-17.

541. — La même version du Vieux, et Nouveau Testament, sans le texte Latin, avec la préfation, les sommaires, les notes littérales, la Chronologie Sacrée, les tables d'Ant. Vitré; et une idée générale de l'Écriture Sainte. *Anvers, chez Plantin, et Muret, 1717; vol. II in fol.* . . . . 65. K. 18-19.

542. — La même version, avec le texte Latin de la Vulgate à côté; et l'explication du sens littéral, et du sens spirituel, tirée des SS. Pères, et des Auteurs Ecclésiastiques. *Bruxelles, chez Eugène Henry Fricx, 1723, vol. XXXXI in 12.* . . . . II. B. 1-41.

543. — La même version, avec le texte Latin, et les explications. *Paris, chez Guil. Desprez, et Desessartz, 1725-27, vol. XXXII, in 8.°* . . . 68. A. 63-94.

544.— La même version, en Latin, et en François, avec des courtes notes, et la Concorde des quatre Évangélistes, en Latin, et en François; et les prolégomènes, et les tables de la Grande Bible de Ant. Vitré. *Paris, chez Guil. Desprez, et*

Jean Desessartz, *1730*; *vol. VI. in fol. fig.* . . . . 3. G. 37-42.

Nova haec editio ditata invenitur pretiosa accessione 500 figurarum Biblicarum, quae ex celebriorum Artificum, praesertim vero Raphaelis Sanctii *Urbinatis* tabulis expressae, ac aere affabre incisae, suis quaeque locis apposite compactae visuntur. Earum vero Collectio hunc titulum praesefert: *Histoire Sacrée de la Providence, et de la conduite de Dieu sur les hommes, tirée de l'Ancien, et du Nouveau Testament; representée en 500 tables, gravées d'après Raphael, et autres grands maîtres; expliquée en Latin, et en François. Dediée à la Reine par* (Jean-Bapt.) de Marne, *Graveur. Paris 1730; vol. VI. in fol.*

545. — La même version, avec le texte de la Vulgate Latine, et le grand commentaire de M.r de Sacy, et ses continuateurs; édition augmentée de plusieurs pièces intéressantes. *Nismes, et Paris, chez Pierre Beaume, et Guill. Desprez, 1781-89, vol. XXV. in 8.°* . 66. E. 1-25.

Haec *Nemausensis* editio laudatam D. Sacy versionem, a L. St. Rondetio diligentissime emendatam exhibet: ideoque praecedentibus omnibus merito praeferenda videtur.

546. — La même version. Nouvelle édition, ornée de 300 figures, gravées d'après les desseins de Marillier, et Monsiau. *Paris, de l'imprimerie de Monsieur, par Defer de Maisonneuve, Gay, et Didot, 1789-1807, vol. XII. in 4.°* . . . . XVI.* D. 1-6.

Quot sunt, quotve fuerunt, SS. Biblicarum versionum editiones, *Didotiana* haec, typorum pulcritudine, et figurarum elegantia, longe superat. Sacro Latino textu caret.

547. — La même version, corrigée en quelques endroits, et suivie par les Commentaires de D. Aug. Calmet. *Extat cum eiusdem Comment. Gallico in Vet. et Nov. Test. Paris 1724.* . II. G. 9-15

548. La S. Bible, en Latin, et en François (selon la traduction, en forme de Paraphrase, du P. de Carrieres) avec des notes littérales, critiques, et historiques, des Préfaces, et des dissertations de D. Calmet, de l'Abbé de Vence, et des Auteurs le plus célèbres; enrichie de cartes géographiques, et de figures. *Paris, et Avignon, chez Boudet, Desaint, et Merande, 1767-82; vol. XVII, in 4.°* . . 65. G. 5. 21.

549. La S. Bible du Vieux, et Nouveau Testament, reveue, et conférée sur les textes Hébreux, et Grecs par les Pasteurs, et Professeurs de l'Église de Genève; avec les Indices, et les remarques nécessaires pour l'instruction du lecteur. Depuis l'Apocalypse on y a joint les Psaumes de David mis en rime Françoise par M.r Conrart. *Amsterdam, chez Jaques Lindenberg, 1700, in fol.* . 3. G. 36.

Inter Calvinianas versiones, a Pastoribus Genevensibus recensitas, pura puta haec referri debet. Argumentis, notis brevioribus, tabulis, expositionibusque stipata prodiit; et eleganter *Amstelodami* impressa fuit. Post Psalmorum rhythmicam versionem, sequuntur consuetae *Formulae precum ecclesiasticarum*, et *Catechismus Protestantium*: tum *Libri*, qui ab his vocantur *Apocryphi*, in Gallicam item linguam translati.

550. La S. Bible, traduite par Charles le Cene, et précédée d'un Projet d'une nouvelle version Françoise de la Bible, par le même traducteur. *Amsterdam, chez Michel Charles le Cene, fils de l'Auteur, 1741; vol. II. in fol.* 66. K. 17-18.

De hac Gallica versione, cui conficiendae plurimis annis insudavit Car. le Cene, Protestantium sectae addictus, ipsemet Auctor rationem reddit in satis longo *Prospectu*, seu *Prolegomenis* huic editioni praepositis.

551. La S. Bible du Vieux Testament, selon la version corrigée par David Martin, avec un Commentaire littéral, composé de notes choisies, et tirées de divers Auteurs Anglois; jusqu'au Livre d'Esther. *Haye, chez Pierre Paupie, et Jean Swart 1742-48; continuée à Amsterdam, chez Mich. Rey, 1777; et depuis achevée à Utrecht, chez B. Wild, et D. Altheer, 1790; Tom. 8. vol. VII. in 4.°* . . . . 65. G. 22-28.

552. — La même version, et édition, jusqu'au livre I.er de *Samuel. Tom. 5; vol. IV. in 4.°* . . . . 68. Q. 4 7.

Haec editio *Hagae Comitum* incoepta, ac

10

tandem *Ultrajecti* perfecta, historicos solummodo Veteris Testamenti libros Gallice redditos exhibet; quorum ultimus est Libellus Esther.

553. Le Psautier en François, traduction nouvelle; avec des notes pour l'intelligence du texte, et des argumens à la tête de chaque Psaume, précédée d'un discours sur l'esprit des Livres Saints, et le style des prophètes; par Jean François la-Harpe. *Paris, chez Migneret, 1811, in 12.* . . . . 106. B. 12.

554. Nouvelle version des Psaumes, faite sur le texte Hébreu, par les Auteurs des *Principes Discutés;* avec les argumens, et des notes sur le sens littéral, et le sens moral. *Paris, chez Claude Herissant, 1762, in 12.* . . . *65. B. 42.*

555. Les Psaumes de David mis en rime Françoise. V. Marot (Clément) - Beze (Théod. de) Conrart (M.^r) *inter Poetas Biblicos.*

Novum Testamentum,

Gallice.

556. Le Nouveau Testament de Notre-Seigneur Jésus-Christ, traduit en François par Michel de Marolles; avec le texte Latin de la Vulgate à côté. *Paris, chez la veuve de Seb. Huré, 1655, in 8.°* . . . . 106. C. 11.

Tertia haec est editio huiusce versionis, in qua elucubranda Graeci contextus sensum se accurate sectatum fuisse in praefatione profitetur Auctor: quod tamen haud facile ipsum praestare potuisse, propter illius linguae ignorantiam, animadvertit Simon, in *Hist. critic. version. N. T.* cap. xxxi, pag. 359.

557. Le Nouveau Testament, traduit en François, selon l'édition Vulgate, avec les différences du Grec. *Mons, chez Gaspard Migeot, 1667; vol. II. in 12.* . . . . XV. A. 30-31.

Prima haec est editio Gallicae Novi Testamenti versionis, quae *Montensis* nuncupatur, eo quod sub ficto *Montium* nomine, *Amstelodami*, e typis Elzevirianis primo prodiit, et mox *Lugduni*, *Parisiis*, et alibi recusa fuit. Huius versionis, et editionis historiam, et fata longum esset heic recensere, et a re nostra alienum. Qui plura cupit, adeat Le Long in *Bibl. Sacr. lib. IV* pag. 338, et sequ. Satis sit adnotasse, eamdem versionem *Romae*, et in Gallia, statim ac prodiit, prohibitam fuisse, quod tamen typographos cohibere non potuit, ne vel tricesies, usque ad seculi finem, eam recuderent.

558. — La même version Françoise du N. T., avec le texte Grec, et le Latin de la Vulgate ajoutés à côté. *Mons, chez Gasp. Migeot, 1673, in 8.°* . 106. C. B.

Praeter Graeci, Latinique textus varietatem, id utilitatis, ac commodi haec editio habet, si praefationis auctori credimus, quod Gallica versio *omnibus* praecedentibus sit *correctior*, *et accuratior. Rothomagi* eam, sub ementito *Montium*, et *G. Migeot* nomine, apud *Eustachium Viretum* impressam fuisse *cit. loco* tradit Le Long; *et* Barbier *Diction. des Anon. et Pseudon. Tom. II. p. 105.*

559. — La même version. *Mons, chez G. Migeot, 1677; vol. II. in 12.* 3. A. 58-59.

Gallicam solummodo versionem haec, et proxime sequentes editiones continent, sine textu.

560. — Nouvelle édition de la même version, revue, et corrigée; avec des figures en taille douce. *Mons, chez G. Migeot, 1697; vol. II. in 12.* 3. B. 22-23.

561. — La même version, avec les différences du Grec, et de la Vulgate; d'après la vingt-cinquième édition, revue, et corrigée de nouveau (par M.^r Antoine Arnauld), et imprimée à *Mons, chez G. Migeot, 1684. V. Arnauld Oeuvres. Paris, et Lausanne. 1776, Tom. VI.°*

Heic animadvertendum ducimus, quod quamvis plurimi sint, qui Arnaldo *Montensem* versionem tribuerint; L. de Sacy tamen tribuendam esse, ex eiusdem Arnaldi epistola 604, seu 355 constat. *V. Tom.* II. eiusdem Opp. Edit. Paris. et Lausan. pag. 754.

562. — Le Nouveau Testament, traduit en François, selon la Vulgate, par le P. Denis Amelote; avec des notes sur les principales difficultés, la Chronologie, la Controverse; et plusieurs tables. *Paris chez François Muguet, 1688; vol. II. in 4.°* . . . . 68. Q. 13-14.

563. —— Exempl. alt. . 68. Q. 15-16.

Secunda haec est editio huius versionis, quae Regio Privilegio, et plurimorum Epi-

scoporum, ipsiusque Facultatis Theologicae adprobationibus suffulta prodiit. Eo quidem consilio incoepta, et edita fuit, ut versioni *Montensi* opponeretur, quae gravissima censura *Romae*, et *alibi* damnata fuerat. *Acc.* Notae Latinae.

564. — Nouvelle édition, revue, et corrigée d' un grand nombre de fautes, et omissions. *Sur l' imprimé à Paris*, 1700; *vol. II. in 12.* . . . . I. B. 37-38.

565. Le Nouveau Testament, nouvellement traduit en François, selon la Vulgate, par M.r Charles Huré; imprimé avec la permission du Cardinal de Noailles: *Paris, chez Jean de Nully, 1707, in 12.* . . . . I. B. 34.

Haec versio Episcoporum adprobationibus, ac Regio privilegio stipata prodiit. *Montensem* ut plurimum exscribit; mutatis tamen locis omnibus, quae in controversiam venerant. Ad pauperum usum edita fuit; ideoque vili pretio emenda proponebatur, ut ait Le Longius cit. loc. pag. 343.

566. Le Nouveau Testament, selon la version Françoise corrigée par Calvin, et Beza; avec le texte Grec, et la version Latine du même Theod. Bezæ. *Genève, chez Jean de Tournes, 1628, vol. II. in 12.* . . . . 2. A. 21. 22.

567. —— Eadem versio. *Extat in N. T. Polygl. Hutteri. V. num. 114.*

568. Le Nouveau Testament, traduit sur l' original Grec, avec des remarques où l'on explique le texte; et où l'on rend raison de la Version; par Jean le Clerc. *Amsterdam, chez Jean Lovis de Lorme, 1703, in 4.°* . . . . 66. G. 3.

569. —— Exempl. alt. . . 68. R. 17.

570. Le Nouveau Testament, revu sur l' original, et retouché dans le langage, avec de petites notes marginales; par David Martin. *Leyden, et Utrecht, chez J. Haak, et Sam. Luchtmans, 1731 in 4.°* . . . . 68. G. 141.

571. Le Nouveau Testament, traduit en François sur l'original Grec; avec des notes littérales pour éclaircir le texte, par MM.rs de Beausobre, et Lenfant. Suivant la copie imprimée à *Amsterdam, aux dépens de Jean Lovis Brandmuller, 1736, vol. II. in 4.°*. 65. F. 10-11.

Germannice.

572. Die gantze Bibel der ursprünglichė Ebraischen, und Griechischen Waarheyt nach, auffs aller treüwlichest verteütschet. *Zürich, bey Christoffel Froschouer, 1531, in fol.* . . . 65. I. 26.

Biblia SS. universa, ex originalis Hebraicae Graecaeque veritatis imitatione Germanice reddita, cum nova praefatione, et figuris aereis in hac editione exhibentur. A Tigurinis Doctoribus (qui Calvinianis partibus studebant) praesertim vero a Leone Iudae confecta est, ut Lutheri Germanicae versioni, quam ipsi contemptui habebant, opponerent. Ne quid editionis nitori deesset, novos typos maioris formae *Froschoverus* fundi curavit, quibus ad eam excudendam uteretur. Brevissima singulis capitibus praefiguntur argumenta. Marginibus concordantiae adpinguntur. Praeclare de hac editione sensisse sui temporis Anabaptistas, auctor est Ottius, *in Dissert. de Germ. version. SS. Bibl.*

573. Bibel; Alt, und Neu Testament nach dem Text in der H. Kirchen gebraucht: erstlich durch Joh. Ecken, mit Fleiss auff Hoch-teutsch verdolmetscht. Ietzt aber von newem mit grosser Mühe, nach dem jungst Lateinischen Exemplar Sixti V inzifferirt, und in vielen Capitulen, an gemangelten Versickeln trewlich ersetzt, gebessert, und gemehrt mit einem sehr reichlichen *Indice*, allen Predigern, und Seelsorgern vast nutz, und nothwendig. Durch F. Tobiam Hendschelium Franciscaner Ordens de Observantia. *Cölln, bey Bernard Wolter, 1611, in fol.* . . I. E. 9.

Germanicam hanc versionem a Ioan. Eckio primum, ex Vulgata Latina, anno 1537 concinnatam, denuo nunc ad Sixtinam editionem per Tobiam Hentschelium recensitam, *Coloniae, Bern. Wolterus* Catholicorum usui, anno 1611, imprimendam curavit.

574. Biblia, das ist: Alle Bücher H. Schrift Alten, und Neuen Testaments: aus Hebraischer, und Griechischer Sprach, in welchen sie anfangs von den Propheten, und Aposteln geschriben, jetzund, aufs new verteutscht: auch eines jeden Büchs, und Capitels inhalt, samt beygefügten Concordantzen, und angehängter Ereklärung der tunckeln Ge-

schichten, Worten, Reden, und Sachen aufs kürtzest, und einfaltigst verfasset: Ferner die *Apocrypha* aufs new verteutscht; durch Joh. Piscator. Mit Rath, und Hülff Christliebender gelehrter Männer, derselben Dolmetschungen, und Ercklärungen, verfertiget. *Bärn, in Hoch-Oberkeitlicher Truckerey, durch Andr. Hügenet, 1684; vol. IV. in 4.°* . II. D. 18-23.

Germanica haec SS. Bibliorum versio Joan. Piscatorem, ex Lutherano Calvinianum, agnoscit auctorem. Huic vitio datur, quod Latinam Junii, et Tremellii translationem sic fere per omnia exprimere conatus fuit, ut Germanorum auribus ingratius suum opus reddiderit, dum horum interpretum latinismos largiter retinet, et vernaculae suae versioni immiscet.

575. Biblia, das ist: Die gantze H. Schrifft, Alten, und Neuen Testaments, vertentscht durch Martin Luther Anjetzo mit aussführlichen Summarien, richtiger Eintheilung aller Biblischen Bücher und Capitel, nebst abgetheilten Versiculn, und beygefügten nöhtigen Parallelen, oder Concordantien, also eingerichtet, auch nach vieler Verlangen mit der Stadischen Edition conferiret, und auffs Fleissigste corrigiret. *Marburg, durch Joh. Henr. Stock Hoch-Furstl Hess. Cantzley-Buchdrucker, 1702, in 12.°* . . . . I. B. 40.

M. Lutheri haec versio emendatior est, et uberior praecedentibus. Summariis, partitionibus, concordantiis, et locorum parallelorum collationibus aucta prodiit *Marpurgi*, an. 1702. *Acc.* Psalterium rhythmice expressum, cum notis musicis; tum *Preces, et Catechismus*, ad usum Protestantium.

576. Sacra Biblia, das ist: Die gantze H. Schrifft, Alten und Neuen Testaments, nach der letzten Römischen Sixtiner Edition, ausBefehl des Herrn Ferdinanden, Ertz-Biscoffen zu Cölln, mit Fleiss überfetzt durch Casparum Ulenbergium. Anjetzomit grösten Fleiss übersehen, von denen eingeschlichenen Druckfehlern nach Möglickeit gereiniget, und durch und durch mit schönen Figuren ausgezieret. *Bamberg, in Verlegung Joh. Andr. Endters Seel. Sohn, und Erben, 1705; vol. VI. in 4.° cum fig.* . . 68. R. 14-17.

Germanicam hanc versionem, ad Sixtinam editionem Vulgatae Latinae, Casp. Ulembergius, Ferdinandi Archiepiscopi Coloniensis iussu, et auspiciis elaboravit, ut Catholicorum commodis inserviret. Eamdem vero Moguntini Theologi emendatiorem dederunt. Nostra haec editio figuris passim decoratur.

577. Octateuchus, seu octo priores V. T. Libri, Germanice, secundum translationem Mart. Lutheri. *In Bibl. Sacr. Polygl. Hutteri, sup. cit. num. 94.*

578. Psalterium Davidicum, e Latino in Theotiscam veterem linguam versum, et paraphrasi illustratum a Notkero Tertio Labeone; ex editione, et cum Latina interpretatione, ac notis Joan. Schilteri. *In Thesauro Antiquit. Theuton. Schilteri. Ulmae, 1726, vol. I.° part. II. pag. 1-274.* . . LVIII. F. 15.

579. Canticum Canticorum, cum paraphrasi gemina Willerami Abbatis Ebersbergensis; quarum prior rhythmis Latinis, altera vero veteri lingua Francica Sacra Cantica exhibentur; cum variis lectionibus, et notis variorum; curante Ioh. Georgio Scherzio. *In eod. Thes. Schilteriano. Ulmae 1726. vol. I.° part. III. pag. 1-69.*

580. Novum Testamentum, Germanice, iuxta Mart. Lutheri interpretationem. *In Novo Testam. Polygl. Hutteri, sup. num. 114.*

581. Volumen Evangeliorum, in quinque libros distinctum, ab Otfrido Weissenburgensi Germanis rhythmis expressum; a Joan. Schiltero Latine redditum, et observationibus exornatum; cum Joh. Georg. Scherzii notis. *In eod. Thesauro Schilteriano vol. I. pag. I. ad 400.*

582. Harmonia Evangelica Tatiani Syri; e Latina Victoris Capuani versione metrice traslata in antiquissimam linguam Theotiscam; edente Joan. Schiltero. *Acc.* Fragmentum aliud Theotiscum, colloquium Christi cum Samaritana, rhythmo vetustissimo expressum, exhibens. *In Thesauro Schilteriano vol. II. in fine.* . . . . . LVIII. F. 16.

583. Evangelia, et Epistolae totius an-

ni, secundum Missalem Romanum. *Acc.* Catechismus Petri Canisii, Germanice. *Wutzburg, 1718, in 8.°* . . 68. C. 138.

Gothice, et Anglo-Saxonice.

584. Quatuor D. N. I. C. Evangeliorum versiones perantiquae duae, Gothica scilicet, et Anglo-Saxonica, quarum illam ex celeberrimo *Codice argenteo Upsaliensi* deprompsit Franc. Junius, filius; hanc vero ex codd. MSS. collatis emendatius recudi curavit Th. Mareschallus, qui suas observationes in utramque versionem adiecit. Accedit *Glossarium Gothicum*; cui praemittitur *Alphabetum Gothicum, Runicum* ec. opera Fr. Junii. *Dordrecti, typis, et sumptibus Junianis, 1665, in 4.°* . . . . . 66: D. 1.

585. — Eadem omnino editio, titulo tantum, ac subscriptione mutatis. *Amstelodami, apud Janssonio-Waespergios, 1684, in 4.°* . . . . . II. D. 18.

Gothica haec versio, ex *Codice Argenteo*, qui in Universitate Upsaliensi asservatur, exscripta est. Veteris huiusce linguae, quae reliquarum omnium Teutonicarum *mater* appellatur, antiquissimum, ac incomparabile monumentum nobis suppeditat Ulphilae, in Moesia Gothorum Episcopo, qui circa annum 360 floruit, communis eruditorum opinio ipsam adiudicat. Gothicis characteribus impressa exhibetur in supra laudatis editionibus, de quibus consuli possunt Editorum praefationes, et Joannis Ihre Dissert. de *Codice Argenteo, in Tom. III. Actor. Societ. Reg. Scient. Upsal., pag. 1., et sequ.*

586. Sacrorum Evangeliorum versio Gothica, ex *Codice Argenteo* emendata, atque suppleta, cum interpretatione Latina, praefatione, et adnotationibus Erici Benzelii: ex editione, et cum altera praefatione, et observationibus Edwardi Lye; qui et Grammaticam Gothicam praemisit. *Oxonii, e typographeo Clarendoniano, 1750, in 4.°* . . . . 66. H. 23.

Hispanicè.

587. Biblia en lengua Española, traduzida palabra por palabra de la verdad Hebrayca, por muy excelentes letrados, vista y examinada por el Officio de la Inquisicion: con privillegio del Yllustrissimo Señor Duque de Ferrara. . . . con yndustria y deligencia de Duarte Pinel Portugues: *estampada en Ferrara, a costa y despesa de Jeronimo de Vargas Español: en primero de Março de 1553, in fol.* . . . . . . XVI.* E-40.

Duae SS. Codicum, ex Hebraica veritate, versiones, citato anno 1553 *Ferrariae* prodierunt, curantibus Hebraeorum, ibidem tum commorantium, doctissimis; quarum una in *Judaeorum*, altera in *Christianorum* usum cederet. Utraque Vetus tantummodo Testamentum, Hispanice redditum, exhibet; utraque nunc editio rarissima est, et a bibliophilis summo studio conquiritur; eo vel magis, quod exemplaria, quae raro admodum inveniuntur, vel mutila sunt, vel lacera, vel maculosa. Nostrum vero exemplar, nitidissimum, idemque integerrimum ex iis est, in quibus a typographo omissus fuit locus *Levitici* a v. 35 cap. VII ad v. 7 cap. VIII., in *secunda col. fol. 48. verso. Vide le Catal. raison. des livres de Crevenn.* vol. I p. 23.

588. La Biblia, que es los Sacros Libros del Viejo, y Nuevo Testamento, trasladada en Español. . . . (por Cassiodoro de Reyna . . . Basilea). *MDLXIX in 4.°* . . . XVI.* C. 12.

Hispanica haec versio Cassiodorum Reynam Auctorem agnoscit, cuius nominis initiales literae C. R. post latinam praefationem leguntur. Is hanc suam versionem *Basileae* edidit, ex Senatus Consulto, apud *Thomam Guarinum*, ut patet ex inscriptione nuncupatoria, quae legitur in exemplari, ab eodem Auctore oblato Universitati Basileensi, an. 1570; quam videsis apud Dav. Clement *Bibl. curieus. hist. crit. T. III. not. 100, pag. 456.* Haec editio *Biblia Ursi* vulgo nuncupatur, eo quod in libri fronte, sub titulo, effigies ursi, apum alveare vastantis, visitur; sine ulla loci, anni, vel typographi nota.

589. Novum Testamentum, Hispanice, secundum versionem Cassiodori de Reyna (Calviniani) *Basileae* editam, an. 1569, de qua in superiore num. 574, eique subiecta notula mentionem fecimus. *Ext. in N. T. Polygl. Hutteri.*

590. La Biblia Vulgata Latina, traducida en Español, y anotada conforme al sentido de los Santos Padres, y Expositores Catholicos, por el P. Phelipe Scio de S. Miguel, dedicada al Rey Don Car-

los IV. *Valencia, en la oficina de Joseph, y Thomas de Orga, 1790-93; vol. X., in 4.º cum fig.* 68. R. 11-20.

Hispanicam hanc Veteris, et Novi Testamenti versionem, sub Catholici Regis auspiciis editam, e regione Vulgatae Latinae, notisque criticis, ac exegeticis ditatam haud minimo labore, ac diligentia adornavit laudatus Interpres, qui suae methodi rationem reddit in *Dissert. Praelimin.* N. T. praefixa, §. *V.*

Hollandice V. Belgice.

Italice.

591. Biblia vulgare hystoriata (per Nic. de Malermi). *Venetiis, per Ioan. Rosso Vercellensem, precibus Lucae Antonii Iuntae, 1494, in fol.* . . XIII.* F. 9.

Quamvis in horum Bibliorum titulo, et subscriptione nullum de versionis Auctore verbum dicatur, liquido tamen constat, ex eiusdem versionis cum sequenti collatione, Nicolao de Malermio adscribendam esse. Plurimas huius versionis editiones factas esse constat, tam hoc, quam proxime insequenti saeculo. Anno demum 1567, ipsamet versio, *ab omnibus mendis summa diligentia purgata*, *Venetiis*, cum S. Congregationis Inquisitionis licentia prodiit; et pluries deinde recusa fuit.

592. Biblia Sacra, tradotta in lingua materna Italiana per Nicolao de Malermi, con teologice, et morali postille, et figure, dichiarationi, summarii, et repertorii. *Venetia, per Bernardino de Bendoni Milanese, 1535, in fol.* . . II. E. 34.

593. Biblia Sacra dalla Hebraica verità tradotta in lingua thoscana per Maestro Santi Marmochino Fiorentino, con croniche de' tempi, espositioni, sommarii, o note marginali. *Venezia, appresso gli eredi di Luc' Antonio Giunta, 1538, in fol.* . . . . 67. H. 15.

Prima haec est editio versionis Italicae, quam Marmochinus non quidem novam ex Hebraeo, et Graeco concinnavit; sed ex Antonii Brucioli versione, anno 1532 primum edita, quam pluribus in locis castigaverat, et ad Vulgatam Latinam adcommodaverat, adornavit; uti Le-Longius autumat.

594. Biblia Sacra, tradotta da la Hebraica, et Greca verità in lingua Toscana per Antonio Brucioli. *Vinetia, alle case di Francesco Bruciolo, et li fralegli, 1541, in fol.* . . . . I. E. 26.

Quintam hanc *Bruciolianae* versionis editionem, sine commentario, et cum duplici epistola nuncupatoria ad Hipp. Card. Estensem, et ad Franc. I Galliae Regem, correctissime impressam esse ipsemet Auctor, in monito ad operis calcem apposito, profitetur; solamque ex omnibus, quae illuc usque prodierant, agnoscit pro sua. In Indice tamen *Librorum*, S. Tridentinae Synodi iussu, *Prohibitorum*, inter damnatos Auctores primae classis, notatur idem Brucciolus, ob utrumque Testamentum Italice conversum.

595. La Biblia Sacra; ossia *il Vecchio Testamento*, tradotto nuovamente in lingua volgare, secondo la verità del testo Ebreo; ed il *Nuovo Testamento* riveduto, e corretto, secondo la verità del testo Greco, con molte, ed utili annotazioni illustrato; e con una semplice dichiarazione sopra l' Apocalisse. (*Geneva*) *stampato appresso Francesco Durone, 1562, in 4.º* . . . . I. D. 38.

Italica haec utriusque Testamenti versio, quam Philippo Rusticio tribuendam esse suspicatur Le-Longius, *Bruciolianа* purior ac elegantior sane est. Idem vero Bibliothecae Sacrae auctor addit, Novum Testamentum ex editione Fabii Tudeschi, anni 1560, potius exscriptum esse, adiectis iisdem, et paulo auctioribus notis marginalibus. Hoc tamen advertendum, quod tam haec versio, quam eidem appositae adnotatiunculae ad Protestantium sententias studiose adcommodatae sunt.

596. La Bibbia, cioè i Libri del Vecchio, e del Nuovo Testamento, tradotta in lingua Italiana da Giov. Diodati Lucchese. (Ginevra) *1607, in 4.º*. I. D. 36.

Prima haec esse noscitur Italicae Versionis Diodati editio, quam a *Ioan. de Tournes* Genevensi impressam esse novimus ex *Catal. Bibl Reg. Paris. Tom. I. pag. 31.* Utriusque Testamenti Libros, a Genesi ad Apocalypsin, complectitur; et scholia ad margines adiuncta exhibet. In ea auctor, Calviniana haeresi infectus, Paraphrasten potius, quam Interpretem agit, omnia ad suae sectae placita, praesertim in notis, pertrahens; et non tam viri critici, quam Theologi, et concionatoris munus obire videtur; ut ait Simon *de var. Bibl. edit. cap. XXVI. pag. 310.*

597. La Santa Bibbia, tradotta in lingua Italiana, o commentata da Giov. Diodati: seconda edizione migliorata, ed accresciuta, con l' aggiunta de' Sacri Salmi messi in rime per lo medesimo. *Geneva, presso Pietro Chouet, 1641, in fol.* . . . . 67. H. 3.
598. —— Exempl. alt. . . 68. O. 1.
599. —— Exempl. tert. . 106. G. 15.

600. La Sacro-Santa Biblia, in lingua Italiana; cioè il Vecchio, e Nuovo Testamento nella purità della lingua volgare, moderna, e corretta, corrispondente al testo fondamentale vero: arricchita di sospirii a Dio, quasi per ogni capitolo, da Mattia d' Erbero, cultore delle S. Lettere. *Norimbergo, a spese di questo stesso Autore, 1712, in fol.* 3. G. 44.

Huius versionis Auctor ignoratur. Ex collatione tamen cum *Genevensibus* patet, modo editionem anni 1562, modo Diodati alteram (1641), in hac *Norimbergensi*, seu, ut alii malunt, *Coloniensi*, exscribi, et exhiberi. Cuique capiti argumenta praeponuntur; et *Concordantiae Biblicae*, et *Suspiria ad Deum* subiiciuntur.

601. Bibbia Sacra, volgarizzata da Niccolò Malermi, col testo Latino a fronte, approvata dalla S. C. dell' Inquisizione, ridotta allo stile moderno, ed arricchita di note. *Venezia, per Niccolò Pezzana, 1773; vol. VII. in 8.° (Edit. XXVIII.ª)*. . . . . . 66. E. 26-32.

602. Il Vecchio, ed il Nuovo Testamento, secondo la Volgata, tradotto in lingua Italiana, e con annotazioni dichiarato da Mons. Antonio Martini Arcivescovo di Firenze. *Napoli, nella Stamperia Simoniana, 1777-81; vol. XXIII. in 8.°* . . . . 2. B. 12-34.
603. — La stessa versione. *Roma; 1784-87; vol. XXIII. in 8.°* . 107. B. 10-32.

604. La Sacra Scrittura, giusta la Vulgata, in lingua Latina, e Volgare; colle spiegazioni del senso litterale, e spirituale, tratte da' Santi Padri, e dagli Autori Ecclesiastici dal Signor le Maitre de Sacy; tradotta in Italiano. *Napoli, presso Gaetano Castellano, 1786; vol. XXXIII., in 8.°* . . . . 107. C. 1-33.

605. Biblia Sacra, che contiene l'Antico, ed il Nuovo Testamento, con un comentario litterale, inserito nella traduzione, del P. de Carrieres; traduzione dal francese. *Napoli, a spese di Giov. de Muccis, 1776-79; vol. XXII. in 8.°* . . . . 107. B. 10-31.

606. Il Libro di Giobbe, tradotto dal testo originale dal Dottore G. Bernardo de Rossi, *Parma, dalla Stamperia Imperiale (Bodoni), 1812, in 12.* 68. M. 16.

607. I Salmi di David, tradotti dalla lingua Ebrea nella Latina, e Volgare da Pellegrino Heri Modonese; con dotte, e pie dichiarazioni del medesimo. *Venezia, appresso Giov. Ziletti, 1583, in 4.°* . . . . III. D. 20.

608. Dichiaratione de' Salmi di Davide, fatta da Monsignor Franc. Panidarola; nuovamente corretta dallo stesso, ed accresciuta con quattro indici notabilissimi. *Roma, per gli Eredi di Giov. Gigliotto, 1587, in 8.°* . . . III. B. 14.
609. — La stessa. *Venezia, 1728, in 8.°* . . . . 3. A. 20.

610. Brevissima parafrasi de' Salmi di Davide interpretati seguitamente dal P. Lalemand, col testo Latino della Volgata a fronte. *Venezia, 1727; vol. II. in 12.* . . . . 3. B. 30-31.
611. — La stessa. *Venezia, 1760, 12.* . . . . 3. A. 49.

612. Parafrasi de' Salmi, in forma di orazione, o di esortazione, coll' esplicazione de' S. Cantici; per opera di Costantino Rotigni Cassinese. *Firenze, nella Stamperia di S. A. R., 1736; vol. II. in 8.°* . . . . 3. A. 28-29.

613. I Salmi volgarizzati in prosa Italiana; per opera del P. Fedele Ballerini da Tortona, secondo la nuova versione fatta sul testo Ebreo da' PP. Cappuccini, Autori de' Principii discussi. *Torino, 1779, in 8.°* . . . . 65. D. 21.

614. Nuova versione de' Salmi, fatta sul testo Ebreo, cogli argomenti, e colle note sul senso letterale, e morale, dalli PP. Cappuccini della Società Ebrea

Clementina di Parigi; tradotta dal Francese in verso italiano dal P. Modesto Filottrano. Vi si è aggiunta la versione de' Salmi, secondo la Volgata, di Monsignor Martini. *Macerata*, *1792*. *Vide Tom. XII.um operis, cui titulus*: Principj discussi.

615. I salmi di Davidde, tradotti dal testo originale dal Dottore G. Bernardo de Rossi, con alcune annotazioni. *Parma, dalla Stamperia Imperiale*, (*Bodoni*) *1808*, *in 12*. . . . . XIV.* A 54.

616. Versioni Poetiche del Salterio Davidico. *Vide* Diodati (Gio.) — Mattei (Loreto) — Reni (Gregorio) — Mattei (Saverio) — Rugilo (P. Giuseppe) etc. *inter* Poetas Biblicos.

617. L' Ecclesiaste di Salomone, tradotto dal Testo Ebreo in volgare, e dichiarato da M. David de' Pomi, Ebreo; col testo Ebraico a fronte. *Venezia*, *presso Giordano* Ziletti, 1571. In principio vi è legato un *Discorso intorno all' humana miseria* dello stesso David de' Pomi. *Ivi*, *1572*, *in 8.°* . II. A. 1.

618. — Lo stesso Libro, tradotto dal testo originale dal Dottore G. Bern. de Rossi, con annotazioni. *Parma, dalla Stamperia Imperiale*, *1809*, *in 12*. XIV.* A. 24.

619. I treni di Geremia, tradotti dal testo originale dal Professore G. Bern. de Rossi, con annotazioni. *Parma*, (*Bodoni*) *1813*, *in 12*. . . 68. M. 16.

620. Il Nuovo Testamento, con delle riflessioni morali (del P. Quesnel) sopra ciascun versetto, tradotto per opera di Monsignor Ricci Vescovo di Pistoja e Prato. *Vide inf. inter* Interpr. Biblic.

621. Le Pistole, Lezioni, et Evangelj chessi leghono in tutto l' anno alla Messa. *Stampati a Venezia*, *per Nicolo Ienson gallico*, *1476 in fol.* XIII.* C. 20.

622. Epistole, et Evangelii di tutto l' anno, tradotte in lingua Toscana, nuovamente corrette secondo la riforma del Messale Romano; et di nuove, et bellissime figure ornate. *Venetia, appresso i Guerra Fratelli*, *1587*, *in 4.°* . . 68. G. 143.

623. — *Venetia*, *nella Stamperia de i Guerra*, *1589*, *in 4.°* . I. C. 11.

624. Epistole, et Evangelii, che si leggono tutto l' anno alle Messe, secondo l' ordine del Messale Riformato; tradotti in lingua Toscana dal R. P. M. Remigio Nanni Fiorentino, con annotazioni, et sommarii. *Venetia*, *presso Giovanni Guerigli*, *1627*, *in 4.°*. . . . 2. C. 38.

625. Parafrasi dell' Epistole di S. Paolo, con un discorso preliminare, ed argomenti. *Napoli*, *nella Stamperia Simoniana*, *1766; vol. II. in 12*. 3. B. 45-46.

626. Apocalypsis Iesu Christi, hoc est revelatione fatta a Sancto Giohanni Evangelista. cum nova expositione: in lingua volgare, compos'ta per el Reverendo Theologo et angelico spirito Frate Federico Veneto Ordinis Predicatorum....... *Impressa per Alexandro de Paganini in Venetia*. *sub Serenissi*. *Duce Leonardo Lauredano M. D. XV. A di. VII. de Aprile* — *in fol.* . 68. R. 9.

Italicam hanc Apocalypseos versionem a Mag. Federico de Venetia, ante annum 1400 elucubratam, tanti fecit Foscarinius (in opere, cui titulus: *Letterat. Venez.* T. I. pag. 559) ut suae Patriae gratularetur ob hoc primum specimen Biblicae translationis Italicae. Eamdem pro suo saeculo pure, et eleganter expressam laudant PP. Quetif et Echard, *Script. Ord. Praedic. T. I. p. 706.*, ubi Petrum de Alva sugillant, cui praedictum huiusce versionis Auctorem *fictitium* appellare placuit. Nostra haec editio princeps est, sat rara, et elegantibus characteribus expressa.

627. Apocalisse di S. Giovanni, tradotta in versi italiani da Locresio P. A. (ossia) Flaminio Scarselli. *Padova, appresso Giuseppe Comino*, *1743*, *in 4.°*. . . . . XX.* D. 12.

628. — Altro esemplare . 68. Q. 17.

Malabaricé. V. Damulicé.

Polonicé.

629. Psalterium Davidicum, metris Polonicis redditum a Jana Kochanowskiego;

cum variis eiusdem Interpretis poëmatiis, et carminibus. *Cracoviae, per Andream Pietrkow, 1610, in 4.°* . . 68. N. 15.

630. Novum Testamentum, in Polonicam linguam conversum, iuxta editionem anni 1596, sine loco. *Extat in Novo Testam. Polygl. Hutteri, num. 114.*

Sahidicè.

631. Fragmenta Epistolarum D. Pauli ad Timotheum, ex membranis Sahidicis Musei Borgiani Velitris. *Extant cum Comment. M. Frid. Münteri* De indole versionis Novi Testamenti Sahidicae. *Hafniae, typis Io. Frid. Schulz, 1789, pag. 92, et seqq.* . . . . . . 66. G. 10.

§. VI.

LIBRI APOCRYPHI VETERIS TESTAMENTI.

632. Oratio Manassae, Regis Iuda, in captivitate Babylonis.

Apponi, ut plurimum, solet haec Oratio in calce editionum Sacri Codicis, inter *minores* Biblicas *portiones*, quae canonica auctoritate minime gaudent.

633. Liber Tertius, et Quartus Esdrae.

Hi quidem Libri, Graece scripti, non habent pro se perpetuam, et constantem Ecclesiae traditionem; ideoque, Sacro Canone exclusi, inter Apocryphos recensentur. Ad calcem S. Codicis, in quibusdam editionibus, addi solent.

634. Davidis Psalmus CLI.

In hoc Psalmo nativa Davidis conditio, exaltatio, ac de Goliatho victoria refertur. Non extat eius exemplar Hebraicum; et in celebrioribus Graecis Codd. desideratur. Hinc merito suspicionis nota inuritur; et authenticitate destitutus, inter apocryphas περικοπας amandatur.

635. Liber Tertius, et Quartus Machabaeorum.

Horum Librorum *Tertius* Latinis PP. penitus ignotus fuit; ac proinde nunquam inter *Theopneustos* receptus. *Quartus* vero, cuius auctor *Iosephi Iudaei* aetatem vix superat, nunquam ab Ecclesia probatus est; imo ne inter apocrypha quidem sacro in Codice toleratus est. Nihil moramur Protestantes, quos inter mirum est dissidium de SS. Librorum Novi Testamenti authentia; quamvis ipsi, quoad numerum, et qualitatem Librorum Canonicorum Veteris Testamenti concordent cum Iudaeis. Qui de hoc argumento plura cupit, consulere poterit Ioh. Alb. Fabricii, quae sequuntur opera.

Veteris Testamenti Pseudepigrapha.

636. Codex Pseudepigraphus Veteris Testamenti, collectus, castigatus, testimoniisque, censuris, et animadversionibus illustratus a Iohan. Alberto Fabricio. *Hamburgi, sumptu Theod. Christ. Felginer, 1722; vol. II. in 12.°; (quorum I. cit. anno; II. vero impressum fuit, anno 1741, eod. loco)* . . 66. A. 52-53.

In hoc Pseudepigrapho V. T. Codice ea scripta continentur, quae Sanctis Patriarcharum, et Prophetarum nominibus temere supposita fuerunt. Eorumdem Catalogum heic addere operae pretium ducimus:

Varia de Adamo; item opuscula, ac fragmenta, quae Adamo tribuuntur, cum Ioh. Alb. Fabricii animadversionibus; *Tom. I. pag. 1. et seq., et Tom. II. pag. 1-42.*

Evangelium Evae; et de Eva varia: *Tom. I pag. 95.*

Caini, et Abelis colloquium; et alia de ceteris Adami filiis. *Tom. I. pag. 114, et seqq.: et Tom. II. pag. 44-48.*

De Setho varia; et libri eiusdem nomini suppositi. *Tom. I. pag. 141, et sequ.: et Tom. II. pag. 49-54.*

De Enoso Sethi filio; et de Cainan, Filio Enosi. *Tom. I. p. 157.*

Enochi Prophetiae; et varia de eiusdem scriptis. *Tom. I. pag. 160, et sequ.: et Tom. II. pag. 55-58.*

Mathusalae Schola, Proverbia, Traditiones etc. *Tom. I. pag. 224, et sequ.*

Noachi praedicatio, Oratio, et Schola. *Tom. I. pag. 229, et seq.: et T. II. pag. 61-63.*

Scripta Semo tributa. *Tom. I. pag. 283.*

Chami prophetia, et scripta. *Tom. I. pag. 291.*

Varia de Melchisedecho. *Tom. I. pag. 311.: et Tom. II. pag. 72.*

— De Thara, et Abrahamo. *Tom. I. p. 336, et sequ.: et T. II. pag. 79.*

Scriptum Trium Patriarcharum nomini suppositum. *Tom. I. pag. 427.*

De Lotho Apocrypha narratio. *Tom. I. pag. 428.*

Isaaci preces pomeridianae. *T. I. p. 433-34.*

Scripta Iacobo tributa. *Tom. I. pag. 435, et sequ.*

Testamenta XII. Patriarcharum Gr. Lat.;

cum I. E. GRABII praefatione, et notis. *Tom. I. pag. 496, et sequ.: et T. II. pag. 83.*

Scripta IOSEPHO tributa. *Tom. I. pag. 760.*

Vita ASSENETH, Iosephi uxoris, Gr.-Lat. *Tom. II. pag. 85.*

De IOBI uxore; et de DINA varia. *Tom. I. pag. 791.*

Additamentum Libri IOBI apocryphum; eiusque Testamentum; et alia quaedam. *Tom. I. pag. 793: et T. II. pag. 102.*

Liber OGI Gigantis. *Tom. I. pag. 799: et T. II. pag. 78.*

Liber HELDAM, et MODAL. *Tom. I. pag. 801.*

De IETHRO, BILEAMO, seu BALAAMO, IANNE, et MAMBRE varia. *Tom. I. pag. 805: et T. II. pag. 105-110.*

Varia apocrypha scripta MOYSI tributa. *Tom. I. pag. 825.: et T. II. pag. 111-129.*

De IOSUA, PHINEA, et SAMUELE varia. *Tom. I. pag. 871, et sequ.: et T. II. pag. 130-39.*

De DAVIDE varia. *Tom. I. pag. 912-13; et 1000, et sequ.: Item Tom. II. pag. 140-55.*

HEMAN, et HETHAN Psalmi. *Tom. I. pag. 904.*

Psalmus CLI DAVIDI tributus. *Ibidem, pag. 905. et sequ.*

Psalterium SALOMONIS, cum IOAN. LUD. DE LA CERDA notis etc. *Tom. I. pag. 914. et sequ.*

Eiusdem SALOMONIS Regis scripta varia. *Ibidem pag. 1114, et sequ.*

MERODAC BALADAN, Rex Babylonis. *Tom. II. pag. 156-162.*

De NATHAN Propheta. *Tom. I. pag. 1011.*

De ELIA Propheta varia. *Tom. I. pag. 1070.*

De ESAIAE ascensione, et colloquio cum Rege Hiskia. *Tom. I. pag. 1086.*

Apocrypha HIEREMIAE Prophetae. *Tom. I. pag. 1102.: et T. II. pag. 163-66.*

BARUCH, et HABACUC. *Tom. I. pag. 1116.*

Epistola BARUCHO tributa apud Syros, Latine. *Tom. II. pag. 3 9.*

ANANIAE, AZARIAE, et MISAEL libellus de ie'unio: *Tom. I. pag. 1117.*

EZECHIELIS Prophetae Apocrypha. *Tom. I. pag. 1117.: et T. II. pag. 167.*

DANIELIS vita, et Prophetia Apocrypha. *Tom. I. pag. 1124: et T. II. pag. 169.*

MARDOCHAI Apocrypha. *Tom. II. pag. 170.*

SOPHONIAE Prophetia Apocrypha etc. *Tom. I. pag. 1140.*

De ZACHARIA varia; *Tom. I. pag. 1142.*

De ESDRA varia; et scripta eidem tributa. *Tom. I. pag. 1145, et sequ.: et T. II. pag. 170-71.*

Liber ESDRAE Quartus, Latine; cum locis veterum illum allegantium, et differentiis, ac supplementis; ex versione prisca Arabica, quae MS. extat in Oxoniensi Bibl. Bodlejana. *Tom. II. pag. 173, et sequ.*

Bibliotheca Sacra a NEEMIA instaurata. *Tom. I. pag. 1163.*

BEN-SIRA Sententiae; *Tom. I. pag. 1165.*

Historia Antiochi Epiphanis, ex Hebraico, Latine versa a IULIO BARTOLOCCIO. *Ibid. pag. eadem, et sequ.*

Historia IOSEPHI, Fabri Lignarii, Latine, ex Arabico. *Tom. II. pag. 309*

IOSEPHI, Veteris Christiani Scriptoris, Hypomnesticon; sive Liber Sacer memorialis, Graece, ac Latine; ex interpretatione, et cum notis IOAN. ALB. FABRICII. *Ibidem, ad Tom. II. calcem.*

637. Codex Apocryphus Novi Testamenti, collectus, castigatus, testimoniisque, censuris, et animadversionibus illustratus a IOH. ALB. FABRICIO. Pars prima, et secunda. (seu volumen Primum) *Hamburgi, sumptu Viduae Ben. Schilleri, et Ioh. Chr. Kisneri, 1719, in 12.°* . . . . 66. A. 54.

—— Pars Tertia (seu Volumen Secundum) *Hamburgi, apud Christ. Herold, 1743, in 12.°* . . . 66. A. 55.

In *Prima*, et *Secunda* Apocryphi Codicis parte ea continentur, quae ad Novi Testamenti Libros referuntur, et nos singillatim heic enumerabimus. In *Tertia* vero parte *Spicilegium* quoddam subiungitur, ex quo ea solummodo excerpemus, quae ad eosdem N. T. Libros attinent. Cetera suo loco recensebimus.

Evangelium Nativitatis MARIAE, Latine; cum notis. *In I.a Parte, pag. 19-39.*

Evangelium, quod fertur sub BARNABAE Apostoli nomine, ex Arabo translatum; Italice, et Latine. *In III.a Parte pag. 365.*

Protevangelium IACOBI, Gr-Lat; cum notis. *In I.a Parte pag. 66.*

Evangelium INFANTIAE CHRISTI, adscriptum D. THOMAE, Gr.-Lat. *Ibid. pag. 129.*

Evangelium INFANTIAE, Latine ex Arabico versum; cum notis. *Ibid. pag. 168.*

Evangelium NICODEMI, Latine; cum notis. *Ibid. pag. 212.*

Epistolae PILATI duae ad Tiberium Imperatorem: et LENTULI epistola ad Senatum Romanum, Latine; cum censura, et notis. *In I.a parte pag. 298.*

Scripta, et Dicta, quae D. N. I. CHRISTO attributa sunt. *Ibidem pag. 303, et sequ.*

Dicta CHRISTI Servatoris nostri apud Iudaeos, et Muhamedanos iactata. *In III.a Parte, pag. 394.*

Fragmenta, et notitia Evangeliorum quinquaginta Apocryphorum. *In I.a part. pag. 335.*

Paralipomena addenda iis, quae de Evan-

geliis Apocryphis commemorantur. *In III.ª parte, pag. 526.*

Andian Babylonii Historia certaminis Apostolici, sive Acta Apostolorum Apocrypha, Latine; cum notis. *In Part. II.ª pag. 388, et sequ. et P. III.ª pag. 567.*

Fragmenta, et notitiae Actuum Apostolicorum Apocryphorum. *Ibidem.*

Duodecim Apostolorum patria, et parentes. *In III.ª parte, pag. 590.*

S. Mariae Virginis Epistolae tres, Latine, cum notis. *In II.ª parte, pag. 842.*

— Ad easdem Epistolas Paralipomena. *In III.ª parte, pag. 661.*

D. Pauli Apostoli ad Laodicenses, et Senecam epistolae. *In II.ª parte, pag. 853, et sequ.*

— De ceteris Divi Pauli Epistolis Apocryphis. *In III.ª parte, pag. 668, et sequ.*

D. Petri Epistola ad Iacobum, Gr.-Lat. *Ibid. pag. 907.*

Dodecas Apocalypseon Apocrypharum. *Ibidem pag. 936.*

Prophetia S. Ioannis de consummatione mundi, cum commentario S. Caecilii. *Ibidem, pag. 720.*

§. VIII.

CONCORDANTIAE SACRORUM BIBLIORUM.

Concordantiae Hebraicae.

638. Liber illuminans viam, seu Concordantiae Hebraicae, auctore R. Mardochai, seu potius Isaaco Nathan. *Venetiis, typis Danielis Bombergii, anno min. supput.* רפד 284 (Chr. 1523), *in fol.* . . . . III. G. 19.

Indices Biblicos summa cura confectos, in quibus non tantum res frustatim, sed singula etiam verba miro artificio et ordine disposita exhibentur, *Concordantias* τεχνικῶς vocabulo appellare eruditis placuit. Diversis temporibus, diversis linguis, diversae prodierunt. Prima tamen gloria Card. Hugoni de S. Charo asseritur, qui Latinas SS. Bibliorum Concordantias confecit, ediditque anno 1250, ut invicte probant doctissimi PP. Quetif, et Echaro, tantum decus suo Ordini vindicantes, *in Tomo I.º Script. Ord. Praed., pag. 107, et seq.* Hugonem sequuti sunt Arlottus e Prato, Thuscus, Conr. Halberstadius, aliique, ad quorum exemplar Concordantias hasce Hebraicas concinnavit Isaac Nathan, qui idem est ac Mardochaeus, quo etiam nomine vocari solet. Decem annorum spatio hic suo penso incumbens, anno demum 1448, plurium Scriptorum opera adiutus, absolvit. Nostrum hoc exemplar est optimae notae.

639. Concordantiarum Hebraicarum capita, a R. Mardochaeo Nathan, ante annos CIX conscripta; ad verbum in Latinum translata per M. Antonium Reuchlinum Isnensem, in Schola Argentoratensi Linguae Hebreae Professore. *Basileae, per Henr. Petri, 1556, in fol.* III. E. 37.

640. Concordantiae Sacrorum Bibliorum Hebraicorum, in quibus Chaldaicae etiam librorum Esdrae, et Danielis suo loco inseruntur; deinde per Thematum seu Radicum omnia derivata, et usus latius deducta; ac linguarum Chaldaicae, Syriacae, et Arabicae, vocabulorumque Rabbinicorum cum Hebraicis convenientiam; Latina ad verbum versio adiungitur, ad quam Vulgatae, et LXX. Interpretum editionum differentia expenditur; demum nomina propria ad calcem novo ordine digeruntur, auctore F. Mario de Calasio, Ord. Min. Observ. *Romae, apud Stephanum Paulinum, 1621; vol. IV. in fol.* . . . . III. G. 8-11.

Hebraicas hasce Concordantias, Marii de Calasio opera, post multorum annorum curricula, digestas, et iam praelo paratas ipsemet auctor, morte praeventus, edere non potuit. Hinc Fr. Mich. Aug. a S. Romulo, tanto oneri succedens, totum se huic operi applicuit; et cum omnia secundum Auctoris mentem solerti diligentia disposuisset, et omnino absolvisset, typis commisit, et a quibuscumque correxit, et purgavit erroribus.

641. Concordantiae Bibliorum Hebraicae, nova, et artificiosa methodo dispositae, in locis innumeris depravatis emendatae, deficientibus plurimis expletae, radicibus antea confusis distinctae, et significatione vocum omnium Latina illustratae a Ioan. Buxtorfio, Patre: Accedunt Novae Concordantiae Chaldaicae vocum, quae corpore Biblico Hebraico continentur; cum praefatione, qua Operis usus abunde declaratur, per Ioan. Buxtorfium, Filium. *Basileae, sumptibus, et typis Ludovici Konig, 1632. in fol.* . . . . III. G. 5.

642. —— Ex. alt. . . . . . 68. T. 4.

643. Concordantiae Sacrorum Biblio-

rum Hebraicorum: in quibus Chaldaicae etiam Librorum Esdrae, et Danielis suo loco inseruntur: deinde post Thematum, seu Radicum omnium derivata, et usus latius deducta; ac linguae Chaldaicae, Syriacae, et Arabicae, vocabulorumque Rabbinicorum cum Hebraicis convenientiam: Latina ad verbum versio adiungitur, ad quam Vulgatae, et Septuaginta Editionum differentia fideliter expenditur: demum Nomina propria ad calcem novo ordine digeruntur, Auctore Mario de Calasio. *Londini, typis I. Ilive, apud Jacobum Hodges, 1747; vol. IV. in fol.* . . . . 67. K. 1-4.

Splendidam hanc editionem, a Gul. Romaine summa diligentia curatam, Academiae Oxoniensi, et Anglorum Clericorum munificentiae debemus. Nihil laboris detrectavit fidissimus Editor, ut emendatius, locupletius, utiliusque in publica commoda Marii opus prodiret; adiectis Particulis Hebraicis, cum Montani versione Latina; Dictionario Propriorum Nominum, et Radicum Enchiridio, *in Tom. IV.°*

Concordantiae Syriacae.

644. Lexicon Syriacum Concordantiale, omnes Novi Testamenti Syriaci voces, et ad harum illustrationem multas alias Syriacas, et linguarum affinium dictiones complectens, cum necessariis Indicibus, Syriaco, et Latino; et Catalogo Nominum Propriorum, ac Gentilium Novi Testamenti: cura, et labore Caroli Scaaf. *Lugduni Batavorum, typis Ioh. Mulleri, 1717 in 4.°* . . . . . . II. D. 25.

Concordantiae Graecae.

645. Novi Testamenti Concordantiase Graecae; Opus magno usui omnibu Sacrarum Scripturarum vere studiosis fu turum, singulari nuper Xisti Betuleii industria collectum, et in lucem editum. *Basileae, ex officina Ioannis Oporini, 1540, in fol.* . . . . II. D. 11.

646. Concordantiae Graeco-Latinae Novi Testamenti, nunc primum plenae editae. Accedit huic editioni Supplementum eorum omnium, quae hactenus desiderabantur. (Genevae) *sub Oliva Pauli Stephani, 1600, in fol.* . . . . 68. O. 17.

647. Concordantiae Veteris Testamenti Graecae Hebraicis vocibus respondentes, Auctore Corrado Kirchero. *Francofurti, apud Claudium Marnium, et haeredes Ioh. Aubrii, 1607, in 4.°* 106. E. 14.

648. Novi Testamenti Graeci, hoc est, Originalis linguae *Tameion*, aliis Concordantiae, iamdudum a pluribus desideratum: ita concinnatum, ut et loca reperiendi, et vocum veras significationes, et significationum diversitates per collationem investigandi, ducis instar esse possit, opera Erasmi Schmidii. Praecedit Nova praefatio Ernesti Salomonis Cypriani. *Gothae, et Lipsiae, impensis Ioh. Andreae Reyheri, 1717, in fol.* 3. F. 39.

649. Abrahami Trommii Concordantiae Graecae Versionis, vulgo dictae LXX. Interpretum: adiiciuntur voces Graecae pro Hebraicis redditae, ab antiquis omnibus Vet. Testamenti Interpretibus, quorum nonnisi fragmenta extant, Aquila, Symmacho, Theodotione, et aliis; quorum maximam partem nuper in lucem edidit Bern. de Montfaucon. Acced. ad calcem Tomi II. Index Hebraeus, et Chaldacus vocum, quae in praecedente Concordantiarum Graecarum opere reperiuntur; Lexicon Graecum ad Hexapla; et Succincta collatio duarum editionum LXX Interpretum, nempe Francofurtensis, et Vaticanae, quoad discrepantem distinctionem capitum, et imprimis versuum, adornata a Lamberto Bos. *Amstelodami, et Trajecti ad Rhenum, sumptibus Societatis, 1718; vol. II. in fol.* . . II. F. 21. 22.

650. —— Ex. alt. . . . 65. I. 7.-8.

Concordantiae Latinae.

551. Concordantie Maiores tam dictionum declinabilium, quam indeclinabilium, de novo summa diligentia cum textu vise, ac secundum veram ortographiam emendatissime excuse. *Sic titulus generalis. Ad calcem prioris operis partis legitur haec subscriptio*: Concordantie dictionum declinabilium totius biblie, opera et impensis Ioannium Amorbachii, Petri de Langendorff, et Frobenium de Hammelburg, iam denuo in urbe Basileorum

felici consummatione finiunt: Anno gratie millesimo supra quingentesimum sexto, pridie Kalendis Marcii. — *Acc. posterior pars, quae hunc titulum praesefert*: Concordantie partium, sive dictionum indeclinabilium totius biblie. *Sequitur*: Prologus IOANNIS DE SECUBIA in Concordantias. *Tum ipsaemet Concordantiae, ad quarum calcem*: Concordantie Biblie partium sive dictionum indeclinabilium, a praestantissimo viro, magistro Ioanne de Secubia sacre pagine doctore eximio, in concilio Basiliensi edite: impressecque per Ioannes: Amorbachinm, Petri, et Frobenium. Anno Domini Millesimo quingentesimo sexto, tertiadecima die mensis Mertii, expliciunt, *in fol.*, *characteribus, quos vulgo semigothicos appellant, quibus hi typographi tunc temporis uti solebant.* . . . . 68. I. 75.

Hunc titulum idcirco integrum protulimus, quia praedictam Concordantiarum Biblicarum editionem a nullo pene ex Bibliographis, quos nobis consulere datum est, relatam vidimus. MAITTAIRIVS sane, et LE-LONGIUS eamdem omnino praetereunt; PANZERIUS autem vix recenset in ANNAL. TYPOGR. *Tom. VI., pag. 181, n.° 48*, ex LAMBACHERIO, et MEUSELIO.

652. Concordantiae Maiores Sacrorum Bibliorum, innumeris mendis iam recens repurgatae, locupletataeque. *Lugduni, apud Iacobum Giunctam, 1540, in 4.°* . . . . II. C. 14.

653. Concordantiae Maiores Sacrae Bibliae, summis vigiliis iam denuo, ultra omnes editiones, castigatae. *Lugduni, apud Seb. Gryphium, 1540, in 4.°* II. C. 15.

Duae hae editiones Lugdunenses inter se simillimae sunt; et, quoad titulum tantummodo, ac praeliminare Monitum, diversae videntur.

654. Concordantiae Bibliorum utriusque Testamenti, Veteris, et Novi, novae et integrae; quas revera maiores appellare posses: studio et labore ROB. STEPHANI. *Parisiis, Oliva Rob. Stephan., 1555, in fol.* . . . . II. E. 29.

655. Sacrorum utriusque Testamenti librorum absolutissimus Index, ques Concordantias Maiores vocant: tu vel maximas appelles, licet. *Basileae, ex officina Hervagiana, 1568; vol. II. in fol.* . . . . II. D. 5-6.

656. Oeconomie methodica Concordantiarum Scripturee Sacrae, Auctore GEORGIO BULLOCO; cum eiusdem epistola nuncupatoria, et praefatione. *Antuerpiae, ex officina Christophori Plantini, Prototypographi Regii, in fol.* . III. G. 12.

657. Concordantiae Bibliorum utriusque Testamenti, Veteris, et Novi, perfectae, et integrae, quas revera Maiores appellare possis. *Antuerpiae, ex officina Christ. Plantini, 1581, in 4.°*. 68. Q. 2.

658. —— *Ibidem, ex eiusdem officina, 1585, in 4.°* . . . . III. D. 2.

659. Oeconomia Concordantiarum Scripturae Sacrae, Auctore GEORGIO BULLOCO; ex recensione R. P. M. LIVII a Lege, Veneti. *Venetiis, apud haer. Sim. Galignani, 1585; vol. II. in 4.°*. II. D. 26-27.

660. Concordantiae Bibliorum utriusque Testamenti, Veteris, et Novi. *Lugduni, sumptibus Petri Landry, ex Typographia Ioan. Poyet, et Claudii Armand, 1603, in 4.°*. . . . . 68. P. 27.

661. Concordantiae Bibliorum utriusque Testamenti, Veteris, et Novi. Adiiciuntur ad calcem correctionis Romanae loca insigniora a FR. LUCA Brugensi adnotate. *Antuerpiae, apud Ioannem Keerberg, 1612, in 4.°* . . . . II. D. 29.

662. Sacrorum Bibliorum Concordantiaa (duobus alphabetis, altero dictionum variabilium, invariabilium altero absolutissimae; praemissa Auctoris Narratione de iisdem Concordantiis) per GASPAREM DE ZAMORA Hispalensem. *Romae, apud haeredem Bartholomei Zannetti, 1627, in fol.* . . . . III. F. 21.

663. —— Ex. alterum. . . 3. G. 43.

664. —— Ex. tertium, *duobus voluminibus distinctum, in fol.* 106. G. 7-8.

665. Sacrorum Bibliorum, Vulgatae editionis, Concordantiae HUGONIS CARDINALIS, ad recognitionem iussu Sixti V Bibliis adhibitam recensitae, et emendatae,

primum a Francisco Luca, demum ab Huberto Phalesio. *Venetiis, apud Nicolaum Pezzana, 1733, in fol.* II. E. 33.

666. — *Venetiis, ex typographia Pezzana, 1768, in fol.* . 106. G. 10.

667. Concordantiae Bibliorum, iuxta exemplar Vulgatae editionis, olim studio, et industria Theologorum Coloniensium impressae, nunc autem revisae, emendatae, et a multis erroribus expurgatae, curante Petro Hildenio. *Bambergae, sumptibus Ioan. Georgii Lochneri, 1751, in fol.* . . . . 106. F. 3.

Concordantiae Hebraico, et Graeco-Germanicae.

668. Concordantiae Bibliorum Hebraico, et Graeco-Germanicae, duabus partibus absolutae, quarum prior voces omnes Hebraieas, et Chaldaicas Veteris Testamenti; posterior voces omnes Graecas cum Novi Testamenti authenticas, tum in Apocryphis usurpatas, et quae in versione LXX Interpretum leguntur; utrobique cum significatis Germanicis, e versione M. Lutheri, ordine alphabetico recenset. Magni Concordantiarum operis a Friderico Lanckisio conscripti Epitome. *Lipsiae, et Francofurti, typis Christophori Scholvini, 1680, in 4.°* (cum additionibus MSS. passim per vacua spatia folii interiectis) . 107. F. 27.

Trilingues hasce Concordantias, ex maiori opere (quod Frid. Lanckisius plene absolutum, ut typis ederetur, moriens mandaverat) in Epitomen redactas Lanckisiani haeredes concinnandas curarunt, suisque sumptibus in lucem protulerunt. De operis instituto, et ratione, eiusdemque usu abunde disserit Praefationis Auctor; nec non Andreas Glauchius, in *Schediasmate De Concordantiarum Biblicarum usu. Lipsiae, 1694, in 12. pag. 157, et 128, et seqq.* . . . . 10. B. 60.

Concordantiae Morales.

669. S. Antonii de Padua Concordantiae Morales Sacrorum Bibliorum, miro ingenio, et optimo ordine dispositae, extractae ex MSS. Bibliothecae FF. Minorum Arae Coeli in Capitolio, et in V libros distributae, cura et industria Lucae Waddingi. *Extant in calce Operum S. Franc. Assis., et S. Antonii Patavini. Lugduni, Rigaud, 1653, in fol. pag. 609, etc.* . . . . 69. E. 24.

670. Bibliorum Sacrorum Concordantiae morales, et historicae, a Petro Eulard, S. I. Sacerdote, conscriptae; cum appendice. *Antuerpiae, ex officina Plantiniana, 1625, in 4.°* . . . . II. C. 1.

671. Scriptura Sacra, in locos communes morum, et exemplorum, ad usum Concionatorum, digesta, cum interpretatione difficiliorum, quibus praeponitur duplex praeparatio ad eosdem, Auctore Antonio de Balinghem. *Trivoltii, typis supremi Dumbarum Principis, 1705, in fol.* . . . . XIII. F. 28.

672. Concordantiae morales in Genesin, in Exodum, et Leviticum, quibus loca pugnantia Veteris, et Novi Testamenti conciliantur, auctore R. P. D. Haymone Corio, Barnabita. *Mediolani, apud Lud. Montiam, 1653; vol. III. in fol.* . . . . I. D. 28-30.

§. IX.

CONCORDIAE, et HARMONIAE EVANGELICAE.

673. Ammonius *Alexandrinus*. Quatuor Evangeliorum consonantia ab Ammonio Alexandrino (Origenis praeceptore, qui et Saccas, et Theodidactos cognominatus fuit) congesta; ac a Victore Capuano Episcopo translata. *Venetiis, per Bernardinum de Vitalibus, Venetum*, M. D. XXVII. *Accedit*: Passio D. N. Iesu Christi, ex quatuor Evangelis in unum redacta, et ordinata. *Venetiis, in aedibus Stephani Sabiensis, 1536, in 8.°* . . . . . . III. B. 8.

SS. Evangeliorum *Harmoniam* omnium primus, Graece edidit Tatianus Syrus (qui Alexandrinus a quibusdam falso nuncupatus fuit), cui perperam hoc Ammonii opus, Victoris Capuani coniectura decepti, plerique adscripserunt. Etsi vero non levis inter eruditos obversetur quaestio circa genuina Tatiani, et Ammonii opera, et hoc praesertim de Consonantia Evangelica; nos tamen Eusebii,

Scriptoris paene coaevi, et aliorum doctissimorum hominum auctoritate, et rationibus freti, Ammonio ipsum adserere haud dubitamus cum Gallandio, in Prolegom. *ad Tom. II. Bibl. PP. edit. Venet. 1766, pag. L. et seqq.* Nostra haec editio Bibliographis ignota videtur. Titulus characteribus uncialibus inscribitur; sequitur Michaelis Memlerii, qui opus primo edidit, Epistola nuncupatoria ad Casparem Westhusenum, eiusdemque editoris *ad Lectorem* monitum de operis partitione, et usu; tum Victoris Capuani praefatio; et D. Hieronymi testimonium de Ammonio, cum supra allata typographica subscriptione. Haec omnia integrum primum folium occupant, duabus figuris, et florescenti titulo decoratum. Succedit demum opus ipsum, cursivis characteribus grandioribus impressum, a *pag. 1. ad 259.* In quavis pagina versus 24.

674. — *Coloniae, ex aedibus Eucharii Cervicorni, 1532, in 8.°* Additur: Iudoci Clichtovei Explanatio in S. Hymnos, et prosas. *Venetiis, 1555, in 8.°* . . . . 2. A. 28.

675. — *Exstat inter Orthodoxographa, ab Heroldo edita, Basil. 1555, pag. 116 ad 188.*

676. —— *ac in omnibus Biblioth. PP.; et praesertim in ultima editione a P. Gallandio procurata, Tom. II. pag. 315, et seqq.*

677. *S. Aurelius Augustinus.* De consensu Evangelistarum libri quatuor. *Inter eiusdem Opera omnia. Antuerpiae, 1700, Tom. III. part. II.* VII. F. 22.

678. Arnaulu *Antonius.* Historia, et Concordia Evangelica, quidquid in aliis hactenus editis ad digerendos Evangelistas aptius videbatur, ita complectens; ut quamplurimis in locis recens contexta, et instaurata, articulis, et versiculis distincta, novis adnotationibus, et indicibus instructa, nunc in lucem prodeat; opera et studio Theologi Parisiensis. *Iuxta secundam editionem Parisiensem (Savreux) an. 1660.* Exstat in Tomo V. *des Oeuvres d'Arnauld. Paris, et Lausanne, 1776, in 4.°* . . 68. F. 5.

679. — *Exstat etiam in Tom. III. SS. Bibl. Lat. Gall., quae sup. recensuimus, num. 540.*

680. Barrauius *Sebastianus.* Concordia, et Historia Evangelica, cum commentariis. *Moguntiae, Lippius, 1618, vol. II. in fol.* . . 3. E. 14-15.

681. Beaux-amis *Thomas.* Harmonia, sive Concordia Evangelica, cum commentariis ex antiquis Ecclesiae Patribus congestis. *Lugduni, Rovilliani haeredes, 1593; tomi 2, vol. I. in fol.* III. G. 6.

682. Bourghesius *Ioannes.* Concordia, et Historia Evangelica, tabulis, quaestionibus, et selectis Sanctorum Patrum sententiis explicata. *Montibus, ex Typ. Waudraei, 1644, in fol.* . I. D. 8.

683. Calvinus *Ioannes.* Harmonia ex tribus Evangelistis, Matthaeo, Marco, et Luca composita; cum commentariis. *Exstat in Tomo VI.° Operum eiusdem pag. 1. et seqq.* . . . . X. G. 6.

684. Chemnitius *Martinus.* Harmonia quatuor Evangelistarum a Theologis celeberrimis, Martino Chemnitio primum inchoata; a Polycarpo Lysero post continuata, atque a Iohanne Gerhardo absoluta; quae nunc perfecta iusto eorumdem commentario illustrata... prodit. *Francofurti, et Hamburgi, sumptibus Zach. Hertelii, tom. IV., vol. II. in fol.* . . . . 68. K. 75-76.

685. Clericus *Ioannes.* Harmonia Evangelica, in qua uno conspectu quatuor columnis verba Graeca Evangelistarum integra conferuntur, addita Latina versione vulgata. Subiecta est Vita, seu Historia Christi ex quatuor Evangeliis concinnata. Accesserunt tres Dissertationes de annis Christi; et de concordia, et auctoritate Evangeliorum. *Amstelodami, 1700, in fol.* . . . . . 68. H. 100.

686. Corroy *Simon A.* Pandecta Legis Evangelicae. *Lugduni, Gryphius, 1549.* Accedit Dionysii Carthusiani Monopanton. *Ibidem, e. a., in 12.* . II. A. 25.

687. Eusebius Caesariensis. Canones, sive Indices decem Harmoniae Evangeliorum (ab Ammonio reperti, ab Eusebio vero utiliores redditi) cum praemissa ad Carpianum Epistola, Graece. *Exstant in init. Novi Testam. Lutetiae, Ste.*

phanus, *1550*, *in fol.* . . . II. E. 28.

688. — Iidem, Gr-Lat., cum notulis aliquot. *In Bibl. PP. Gallandi*, *Tom. II. pag. 531.*

689. Gersonius *Ioannes*. Monotessaron, seu Concordia ex quatuor Evangeliis. *Inter eius Opera, editionis Antuerpiens.*, *1706*, *Tom. IV. pag. 83, et seqq.* . . . . VIII. G. 4.

690. Iansenius *Cornelius*. Concordia Evangelica, in qua, praeterquam quod suo loco ponuntur quae Evangelistae non servato recensent ordine, etiam nullius verbum aliquod omittitur; litteris autem omnia sic distinguuntur, ut quid cuiusque proprium, quid cum aliis, et cum quibus commune, etiam ad singulas dictiones, mox deprehendatur; cum tribus Indicibus, et eiusdem Concordiae ratione. *Lovanii*, *typis Barth. Gravii*, *1549*, *in 8.°* (edit. princeps) 65. B. 20.

691. — Eiusdem in suam Concordiam et totam Historiam Evangelicam Commentaria. *Lugduni*, *apud Car. Pesnot 1577*, *in fol.* . . . . 3. D. 44.

692. —— *Ven.*, *apud haeredes Melchioris Sessae*, *1579*, *in fol.* 1. D. 13.

693. —— *Ibid.*, *1587*, *apud Car. Pesnot*, *in fol.* . . . . . . 68. K. 45.

694. Ioachimi Abbatis Concordiarum Veteris, ac Novi Testamenti libri V; cum aliis eiusdem opusculis. *Venetiis*, *per Sim. de Luere*, *1519*, *in 4.°*. 2. B. 1.

695. Lamy *Bernardus*. Concordia, sive Harmonia Evangelistarum, cum commentario. *Parisiis, per Ioannem Anisson*, *1699*, *in 4.* . . . . III. D. 8.

696. Molinaeus *Carolus*. Collatio, et unio quatuor Evangelistarum D. N. Iesu-Christi, eorum serie et ordine servato, cum exacta textus illibati recognitione; adiectis brevibus Molinaei annotationibus. In eiusdem *Operum Tomo III.* (Parisiis, 1658, fol) *pag. 1126*, *et seqq.* . . . . XXI. H. 18.

697. Paris *Ioannes de*. Margarita Evangelica, seu Vita Iesu-Christi D. N., concordi ordine temporum descripta, et explanata. *Antuerpiae*, *typis Cor. Woons*, *1657*, *in 4.°* . . . . 50. B. 2.

698. Riccius *Bartholomaeus*. Vita Iesu Christi, ex verbis Evangeliorum in ipsismet concinnata, et imaginibus CLXIX. expressa. *Romae*, *Zanettus*, *1607*, *in 4.°*, *cum fig.* . . . . 106. D. 57.

699. —— Exemplar alterum, sine figuris; additis ex adverso Considerationibus Italicis, et ad libri calcem, Instructione ad meditandum, item Italica. *Ibidem*, *1609*, *in 4.°* . . . . 50. B. 36.

700. Robertus *Ioannes*. Mysticae Ezechielis Quadrigae, i. e. Sacrosancta quatuor Evangelia, historiarum et temporum serie vinculata, ac Graece, et Latine digesta. *Moguntiae*, *typis Ioannis Albini*, *1651*, *in fol.* . . . . I. E. 23.

701. Rubus *Ioannes*. Historia, ac Harmonia Evangelica, seu quatuor Evangelistae in unum historiae corpus congesti: adiecta suis locis ordinis, et consensus ratione, cum praefationibus, et indicibus. *Duaci*, *ex officina Ioan. Bogardi*, *1575*, *in 8.°* . . . . I. B. 29.

702. Tarsia *Nicolaus de*. Conciliationes S. Scripturae. *Consentiae*, *Castellanus*, *1600*, *in 4.°* . . . III. C. 37.

703. Tatianus *Syrus* (D. Iustini Philosophi, et Martyris discipulus). Sanctorum Evangeliorum Diatessaron, i. e. unum ex quatuor; Latine, ex Graeco. *Exstat inter Orthodoxographa*. *Basil.*, *1555*, *pag. 116 ad 188*, *et alibi.*

Hoc opus Tatiano a quibusdam praepropere inscriptum, supposititium nunc ab eruditis existimatur; uti in nota ad num. 673. superius dictum fuit.

704. Thoinard *Nicolaus*. Evangeliorum Harmonia, Graeco Latina, cum prolegomenis, observationibus, et notis. *Parisiis*, *Cramoisy*, *1707*, *in fol.* III. H. 1.

Prolegomena, monita, observationes chronologicae, et notae, quae praedicto operi in hac editione accesserunt, iuxta Le-Lonoium, Iu-

LIANO FLEURY adscribi debent. *Harmonia* siquidem fere iotegra iam ante aliquot annos schedis seiunctis a THOINARDO excusa fuerat, quod Auctor ipse fatetur in suo praeloquio Christiano Lectori.

705. VOSSIUS *GERARDUS IOANNES*. Harmoniae Evangelicae de Passione, Morte, Resurrectione, ac Ascensione Iesu-Christi libri tres. *Amstelodami, apud Lud. et Dan. Elzevirios, 1656, in 4.°* . . . . II. C. 38.

§. X.

FIGURAE BIBLICAE.

706. Biblia Veteris, ac Novi Testamenti, artificiosia picturis effigiata, et Latinis carminibus, ac respondente descriptione Germanica explicata. *Francofurti, apud Hermannum Gulffericum, 1553, in 12.* . . . . II. A. 27.

Absoluta nunc Biblicarum editionum, quas possidemus, serie, haud inopportunum fore duximus, si *SS. Historias* figuris ligno, aereve coelatis expressas continuo nexu exhiberemus; ne lectores bonarum artium studiosi, qui earumdem aliquampiam notitiam assequi desiderant, eam longius quaerere cogantur. Heic proinde *Biblicas Figuras* vel cum SS. Bibliorum quibusdam editionibus compactas, vel in iisdem impressas, textuique intermixtas, vel seorsim collectas, editasque recensebimus; et quidem eodem linguarum servato discrimine, quod operis, in quo extant, collectionisve titulo, additisque explicationibus respondet. Cetera vero, quae vel ad *Historias Biblicas*, sine figuris editas, vel ad artium, artificumque uberiorem ootitiam, ét usum pertinent, ad opportuniorem locum amandamus.

707. Figurae Biblicae ad Vetus, et Novum Testamentum pertinentes, ligno, aereve incisae, et Divino SS. Bibliorum textui proprio loco apte interpositae. *Observari poterunt in variis supra allatis SS. BIBLIOR. edition. num. 92, 97, 156, 324, 329, 334, 353, 354, 363, 380, 406, 407, 410, 536, 538, 544 548, 572 576, etc. etc.*

708. Historiae selectiores Veteris Testamenti, CLXXVI figuris expressae, quae a variis praestantissimis viris ioventae, delineatae, et exsculptae fuerant; nunc vero a GER. DE IODE simul collectae, et editae, plerumque etiam incisae. *Antuerpiae, apud eumdem de Iode, circa an. 1570, in fol. oblongo.* . . . . XI.*X. . . . .

Thesaurus hic Figurarum Biblicarum, ad Vetus tantummodo Testamentum pertinentium, ex sequentibus aereis tabulis constat; quas, bonarum artium cultorum desiderio indulgentes, breviter heic indigitandas, recensendasque duximus.

Duae Tabulae, quae ADAM, et EVAM repraesentant e Paradiso eiectos, miseramque vitam agentes, *sine auct. nomine.*

Historia Caini, et Abelis, inventore M. COCCIO, exsculptore R. SADELER, *tribus tab.*

Historia Diluvii, Arcae Noachicae, et Holocausti post Diluvium oblati, invent. H. BOL (*vulgo HANS*), exculpt. G. DE IODE, *tab. tribus.*

Turris Babelica; *sine ulla nota, tribus tabulis.*

Abrahami, et Lothi divisio. Sacrificium Isaaci. Abraham, et Rebecca; *s. u. n. tab. tribus.*

Historia Lothi, inven. FR. MENTON; *tabulis tribus, subiecto Epigrammate Latino.*

— Iacobi, et Esau, per M. DE VOS, excudente G. DE IODE, *tab. duabus.*

— Dinae, Iacobi filiae, inventore M. HEYMSKERCKE, exculpt. DE IODE, *tab. quatuor.*

Serpens aheneus, *cum epigr., sin. ull. not.*

Historia XII Patriarcharum, per CR. V. B. (CRISPINIANUM VANOEN-BROECH), excud. DE IODE, et SADELER, *tab. sex; quarum quaeque duos Patriarchas, eorumque gesta summatim exhibet; subiecto Epigrammate.*

— Iosephi somniatoris, per M. MICHAELEM, exsculptore. G. DE IODE, *tab. septem, subiecto cuique tabulae disticho.*

— Plagarum Aegyptiacarum, invent. M. E CLEEF, exsculpt. DE IODE, et SADELER, *tab. quinque, subiecto disticho.*

— Moysis in deserto, per CR. V. B., excus. DE IODE, *tab. quinque, distichis explic.*

— Iosuae, per GER. a GROENINGHEN, exc. HERM. MULLER; *tab. X, subiect. epigr.*

— et Icones XII Iudicum Israel, per IOAN. SNELLINCK, *tab. sex, subiectis distichis.*

— Iephte, IOAN. BOL, seu HANS inventore, G. DE IODE exsculptore; *quatuor tab.*

— Ruth, per ADR. DE WERDT, excudente DE IODE, *tab. quatuor, cum distichis.*

Historia Sampsonis, per IOAN. SNELLINCK; *tabul. tribus, cum distichis.*

— Davidis, et Saulis, *tabulis septem.*

— Ammon, et Thamar, inv. M. HEMSC., delin. PHIL. GALLE, exc. HIER. COCK, seu COECK; *tab. quat. cum epigr. cursivis lit.*

— Iose, per M. HEYMSKERCK; HARMAN fecit; DE IODE excudit., *tabulis quatuor.*

— Salomonis Regis, per Ioan. Snellinck, *tabulis tribus, subiecto disticho.*

— Hieroboami, exsculpt. G. de Iode, *tabulis sex, subiecto disticho.*

— Eliae, et Sacerdotum Balaami, per Ioan. Snellinck; *tab. tribus, quae ovalem figuram referunt, et florescenti ornatu decorantur.*

— Regum Persarum, per Ambr. Herentalensem, *tab. decem, cum epigr. historicis.*

— Tobiae, inv. Ioan. Bol, exc. de Iode; *tabulis sex.*

— Holofernis, per Ioan. Snellinck, exc. de Iode; *tab. quatuor, quibus totidem disticha subiiciuntur.*

— Assueri, per eosdem Snell., et Iode.

— Iobi cum muliere colloquentis: et Iobus dives, *sine ulla nota, tabulis duabus.*

— Duodecim Prophetarum, per Io. Snellinck, exc. de Iode, *tab. tribus.*

— Susannae, per eosdem; *tab. quatuor, subiecto disticho.*

— Danielis, per Ioan. Uriese, excud. de Iode; *tab. sex elegantior., subiecto disticho.*

— Iudae Maccabaei, auct. Ger. a Gruningen; *tab. sex, cum epigr. historicis.*

— Reges Populi Iudaici, per Ioan. Snell. exc. G. de Iode; *tab. octo, cum epigr. histor.*

In operis fine sic legitur: *Praesentes Figurae, seu Historiae Biblicae sunt excusae Antuerpiae, apud Ger. de Iode, etc.*

709. Historiae celebriores Veteris, et Novi Testamenti, et Evangeliorum, et Epistolarum totius anni, iconibus repraesentatae, et Germanicis epigraphis, subiectisque carminibus explicatae; inventore, et exsculptore Ioan. Ulrico Kraüsen. *Augustae Vindelicorum, 1705; vol. II. in fol., cum tab. 284.* . . II. H. 24-25.

Opus hoc, ob Auctoris in caelatoria arte singularem peritiam merito suspicitur. Tribus partibus constat, quae rursum in minores alias subdividuntur; et Utriusque Testamenti Historias tum SS. Librorum, tum Evangeliorum, et Epistolarum totius anni ordine dispositas, tabulis elegantissimis expressas exhibet. Cuique tabulae, praeter Germanicos versus, quibus allata historia illustratur, aliae itidem Sacrae Historiae subiici solent, quae minusculis figuris vel numismatibus affabre incisis exprimuntur, et acervatim plerumque, ad principalem historiam clarius explicandam, apponuntur.

710. Historiae celebriores utriusque Testamenti, iconibus elegantissimis repraesentatae, auctoribus Iohanne, et Gasp. Luyken, aliisque; et ad excitandas bonas meditationes selectis epigrammatibus exornatae; in lucem datae a Cristoph. Weigelio. *Norimbergae, 1712; vol. II., in fol.* . . . . XXI.* . . . .

711. —— Eaedem figurae. *Additae, et compactae extant (praecisis tamen epigr., quae subiiciebantur) cum textu SS. Bibl. Latin.* (Bambergae, 1714), *de quibus vide supra, n.° 400.* . . . I. E. 28-29.

712. Historiae Veteris, et Novi Testamenti celebriores, ab H. B. h. o. Horat. Borgiano, *ex* Raph. Urbinatis tabulis exsculptae, a Ioanne Iacobo Rossi Romae impressae, anno 1615; additis explicationibus ex Sacro textu depromptis. Accedunt Antonii Tempestae menses, *et* alia, quae proprio loco recensebuntur, *in 4.° oblongo.* XXI.* . . . .

713. Historiae celebriores Veteris, ac Novi Testamenti, a Raphaele Sanctio, Urbinate, in Vaticanis Xystis depictae, delineatoribus, et exsculptoribus Caesare Fantetto, ac Petro Aquila, impressore vero Ioan. Iac. de Rubeis. *Romae,* (1674) *in fol. magno oblongo cum tab. LII.* . . . . XXI.* . . . . . .

714. Selectae aliquot figurae, ad varia Veteris, *et* Novi Testamenti facta pertinentes, inventore, et exsculptore Nicolao de Bruyn, qui saec. XVII ineunte floruit; tabulis max. dimensionis decem elegantissime expressae. *Antuerpiae, apud Van-Merle, in fol. max.* . . XXI.* . .

---

715. Epitome historico-chronologica gestorum omnium Patriarcharum, Ducum, Iudicum, Regum, et Pontificum populi Hebraei, ab Adam ad Agrippam Iuniorem, propriis uniuscuiusque iconibus aucta, et illustrata. Accedit etiam Epitome gestorum, et effigies Regum, quibus populus Hebraeus subiectus paruit, auctore Barthol. Gaio. *Romae, per Gen. Salomoni, 1751, in fol.* . . XXI.* . . .

716. —— Ex. alterum. . . 92. G. 20.

717. Figurae Biblicae duodecim ad varia Pentateuchi loca pertinentes, inventore le Potre; exsculptore Io. le Blond, cum Regis privilegio. *Parisiis in fol. obl. Extant in volumine, in cuius initio continentur:* Varia Aedificia Parisiensia. . . XXI.* . .

718. Sacra bella Sanctae Veterum Bibliorum Historiae, ordine temporis digesta, ANTONII TEMPESTAE apellea manu delineata, ac tabulis aeneis XXIV exculpta. *Antuerpiae, apud Petrum de Iode* (Desinento saeculo XVI.) *in folio oblongo.* XXI.* . . . .

---

719. Evangelicae Historiae imagines, ex ordine Evangeliorum, quae toto anno in Missae Sacrificio recitantur, in ordinem temporum vitae CHRISTI digestae: auctore HIERON. NATALE. *Antuerpiae, 1596. Compactae extant cum opere italico apposite elucubrato, cui titulus:* Meditazioni sopra li Evangelii ... composte dal P. AGOSTINO VIVALDI, respondenti alle imagini del P. GIROL. NATALE. *Roma, Zannetti, 1599, in fol.* . . II. H. 26.

720. —— Ex. alt. . . . . 106. F. 7.

Celebris in primis est haec Collectio, quae centum quinquaginta tribus tabulis, aere elegantissime caelatis, constat. Inventor, ut plurimum, fuit BERNARDINUS PASSERI Romanus; exsculptores vero ANTONIUS, IOANNES, et HIERONYMUS WIERIX, CAROLUS DE MALLERII, et ADRIANUS COLLAERT, qui inter Belgicae scholae principes adnumerantur. In primo heic citatorum exemplarium abrasa est inventoris subscriptio, quae in altero nitidissime legitur.

721. — Evangelicae Historiae imagines, (iuxta relatam edit. Antuerpiensem anni 1596); cum adnotationibus, et meditationibus in Evangelia totius anni, et cum eorumdem Evangeliorum Concordantia, secundum novam Sacri textus recognitionem Sixtino-Clementinam. *Antuerpiae, ex officina Plantiniana, apud Ioan. Moretum, 1607, in fol.* . . 68. K. 71.

722. VITA Domini nostri IESU-CHRISTI, ex verbis Evangeliorum concinnata, et elegantibus imaginibus (CLXIX) expressa; studio, et cura P. BARTHOL. RICCII. *Romae, Zanettus, 1607, in 4.° parvo.* . . . . 106. D. 57.

723. Triumphus Iesu-Christi Crucifixi, per BARTH. RICCIUM, cum figuris affabre sculptis ab ADRIANO COLLAERT. *Antuerpiae, typis Plantinianis, 1608, in 8.°* . . . . ! 50. B. 57.

724. Figurae repraesentantes Passionis D. N. Iesu-Christi instrumenta, ac mysteria. THEODORUS GALLAEUS fecit, et excudit. *Compactae extant in IOAN. DAVID* Paradiso Sponsi, et sponsae. *Antuerpiae, 1607, in 8.°* . . . 70. A. 67.

725. Domini nostri IESU CHRISTI Salvatoris Mundi, S. Matris Dei, et SS. Apostolorum effigies. Subscribitur haec nota in calce primae tabulae: *Ioan. Flor. form.*, scilicet IOANNES FLORIMUS, Senensis (qui floruit circa Saeculi XVII initium), *in 4.°* XXI.* . . . .

726. IESU-CHRISTI Servatoris nostri, et SS. Apostolorum effigies XII, elegantissime ab AEGIDIO SADELER excusae Pragae, ineunte Saec. XVII; et D. Sbigneo Berka Archiep. Pragensi dicatae, *in fol. parvo.* XXI.* . . . .

727. Emblemata Evangelica ad XII signa coelestia, sive totidem anni menses accommodata; quibus Christus homines, qui astris, ad distinguendum tantum tempora initio a Deo conditis, idololatricum cultum praestiterant: per has ipsas creaturas ad unius omnium Creatoris cultum revocat; et regnum coeleste mystice ob oculos ponit. Quaeque tabula duobus respondentibus distichis explicatur. Excusit IAC. SADELAR an. 1585. *Access.* Historiae aliquot Evangelicae celebriores M. HEREM, et aliorum, a PH. GALLAEO excusae.... 1564; et alia, quae suo loco recensebimus, *in 4.° oblongo.* XXI.* . . . . .

Biblicas tabulas, de quibus in hoc titulo mentionem iniecimus, heic obiter enumerare operae pretium ducimus.

Historia S. Ioannis Baptistae, inventore M. HEEMSCK., excudente PH. GALLAEO, subiectis carminibus explicata, *tab. sex.*

Abrahamus Isaachi sacrificio se parans, inventore HANS-BOL, excudente SADELER.

Parabola hominis a latronibus invasi, et Samaritani lavantis vulnera eiusdem, inv. HANS-BOL, et exsculptore CRISPIANO VANDE-PASSE, *duabus tabulis.*

Iesu Christi iudicium de muliere adultera; et miraculum erga mulierem quae artuum contractione, inveni. A. BLOCKLANT, exsculpt. PH. GALLE laborabat, *duabus tabulis.*

Hominis pigri, et desidis ignavia ex Proverbiorum libro exhibetur, exsculptore PHILIPPO GALLAEO, *tab. quatuor.*

728. Icones operum misericordiae, a Mario Chartario delineatae; cum Iulii Roscii Hortini sententiis, et explicationibus. *Romae, impensis Bartholomaei Grassii, typis B. Bonfadini, 1586, in fol.* . . . . 71. I. 23.

729. Acta Apostolorum, elegantissimis monochromatis a duobus praestantiss. pictoribus Belgis summo artificio delineata, a Mart. Hemskerchio Harlemensi nempe, qui ea inchoaverat, et Ioh. Stradano Brugensi, qui ea absolvit. Philippus Gallaeus edidit. Acc. Figurae aliquot Biblicae ad locos quosdam Veteris, et Novi Testamenti pertinentes. *Antuerp., 1582, in fol. obl., cum fig.* 34. . . XXI.* . .

Bonarum artium studiosis gratum fore ducimus, si ceterarum tabularum, quae in hac collectione compactae extant, Indiculum adnectamus.

Duodecim Apostolorum praecipuae res gestae, ac gloriosum martyrium, invent. M. de Vos, excudente Aux-quatre-vents., *tabulis 14, graphice caelatis.*

Susannae Historia, inv. M. Heamsckerck, exc. Herm. Cock, *tab. sex expressa.*

Parabola Evangelica de hominis divitis coena, *tab. duab., sine ulla nota.*

Ioannes praedicans in deserto; et universale iudicium, inv. P. N., scilicet Petro Nagel, excud. Ger. de Ioda.

Icones operum misericordiae, Inventore eodem Petro Nagel, de quo nihil Gandellinus, aliique recentiores: Sandrartus vero vix mentionem iniicit in *Academ. art. pict. Norimb. 1683, pag. 259; tab. sept.*

Parabolae de Virginibus prudentibus, et fatuis. Herman Muller fecit. *Tab. tribus.*

730. Apocalypsis, cum figuris (ligno incisis). *Nurembergae, per Albertum Durer pictorem, 1498, in fol.* Extat colligata ad calcem *Tomi VII. Biblior. Polygl. Antuerp.* . . . . . I. F. 8.

731. — *Impressa denuo Nurembergae, per Albertum Durer pictorem, 1511, in fol.*. . . . . I. F. 28.

Tam haec, quam praecedens tabularum Apocalypticarum editio, raritatis pretio commendantur. In aversa cuiusque tabulae parte Biblicus Apocalypsis textus exprimitur. Totum opus, quod inter cetera praeclariora Alberti Dureri cimelia, lignea incisione celebrata, merito laudari solet, sexdecim constat tabulis, in quarum prima, sub operis titulo nubibus vecta visitur coronata effigies B. Mariae Virginis puerum Iesum complectentis, a cuius ore pendet D. Ioannes scribens. Ceterae quindecim tabulae Apocalypsis visiones, et mysteria miro artificio exsculpta exhibent cum auctoris monogrammate. Absoluto sacro textu, in secunda hac editione anni 1511, tabula XIV. subscriptionem supra allatam profert, post quam sequens legitur Dureri apostrophe contra plagiarios, quam ideo adiungimus, quia a nemine allatam vidimus, et mentionem iniicit gravissimae controversiae, quae agitata est, Durero instante, apud Venetam Dominationem contra M. Antonium Raimondi, Bononiensem, de qua controversia legi poterunt Baldinucci, Gandellini, Iansen, aliique. *Heus tu insidiator, ac alieni laboris et ingenii surreptor, ne manus temerarias his nostris operibus iniicias, cave. Scias enim a gloriosissimo Romanorum Imperatore Maximiliano nobis concessum esse, nè quis suppositiciis formis has imagines imprimere, seu impressas per imperii fines vendere audeat; quod si quis per contemptum, seu avaricie crimen secus feceris, post bonorum confiscationem, tibi maximum periculum subeundum esse, certissime scias.*

---

732. Scheüzheri *Ioh. Iacobi.* Physica Sacra, iconibus aeneis illustrata, procurante, et sumptus suppeditante Ioanne Andrea Pfeffel, S. Caes. Maiestatis Chalcographo aulico; cum tabulis 750. *Augustae Vindelic., et Ulmae, 1731-35, vol. IV. in fol.* . . . . 67. I. 3-6.

---

733. Figure della Biblia illustrate de stanze Tuscane per Gabriel Simeoni. *Lione, appresso Guglielmo Rovillio, 1576, in 8.°* . . . . I. A. 20.

Tam haec, quam sequens editio, totius S. Scripturae figuras exhibet, *Lugduni* accurate ex Dureri, aliorumque veterum artificum tabulis exsculptas, editasque; quae haud vulgare nomen apud amatores meruerunt.

734. Figure del Vecchio Testamento, con versi Toscani, per Damian Maraffi nnovamente composti, illustrate. *Lione, per Giov. di Tournes, 1554* — Figure del nuovo Testamento, illustrate da versi volgari Italiani. *Ivi, in 8.°* . . . . 2. A. 8.

735. Vita della Gran Madre di Dio, incisa in ventidue rami da Felice Polan-

zani, su' li disegni originali di Nicolo' Pussino, colle leggendo tratte dal Vangelo, e da' Santi Padri. *Roma, Monaldini, 1783, in fol., con fig. tirate a color rosso.* . . . . . . XXI.* . . . . . .

Figuras hasce, quarum inventio, et delineatio allato in titulo Nic. Poussin ab editore Pienzanio adscribitur, Iacobo Stella Gallo tribuendas esse, post Huebnerum, docet Gandellini continuator, *in Tom. XIII. pag. 151.*

756. Les peintures Sacrées sur la Biblo, contenants l'Histoire Sainte du Vieil, et du Nouveau Testament, avec les explications, et des Discours en forme d'expositious des choses contenues en les images; par Antoine Girard. *Paris, chez la veuve de Ant. de Sommaville, 1665, in fol.* . . . . II. F. 17.

Hac tabulae, a L. Gaultier, Mellan, aliisque claris artificibus incisae, aliquod nomen apud sacrarum rerum, et bonarum artium amatores sibi compararunt. Tametsi huius operis tertia editio in citato exemplari exhibeatur, figurae tamen optimae adhuc notae sunt, et lubenti animo conspiciuntur.

757. — Le même ouvrage. *Paris, chez Nic. le Gros, 1686; vol. III. in 12.* . . . . 3. B. 19. 21.

Figurae, quae in contracto hoc P. Girardi opere exhibentur, et separatim o textu apponuntur, M. L. Everard auctorem agnoscunt, eiusque notam praeseferunt. Longe tamen a praecedentibus pulcritudine distant.

758. Histoire du Vieux, et du Nouveau Testament, representée avec des figures, et des explications édifiantes, tirées des SS. Pères; par le Sieur de Royaumont, Prieur de Sombreval (M. Lovis de Sacy, ou selon autres Nicolas Fontaine, son élève). *Paris, le Petit, 1670, in 4.°* . . . . 68. P. 24.

759. — *Ibid., 1674, in 4.°* II. D. 17.

Tam in principio illa, quam in altera hac *Sacrae Historiae* editione, quae plaries deinde recusa fuit, duae celebres Seb. Le Clerc figurae, Abrahami vocationem, et Ninivitarum poenitentiam repraesentantes, observari poterunt; quae in posterioribus editionibus desiderantur.

740. Histoire Sacrée en tableaux, pour Monseigneur le Dauphin, avec leur explication, suivant le texte de l'Ecriture, et quelques remarques chronologiques; par M. de Brianville. *Paris, chez Ch. de Sercy, 1693, vol. III. in 8.°: avec les fig. de M. Le Clerc, gravées à l'eau forte.* . . . . 3. B. 6-8.

Quarta haec est huius operis editio, post praecedentes an. 1670, 1675, et 1677: ao proinde tabulae pristinum nitorem haud retinent

741. Histoire du Vieux, et du Nouveau Testament (par David Martin) enrichie de 400 figures, gravées en taille douce. *Anvers, (Amsterdam), chez P. Mortier, 1700; vol. II. in fol.*. . XVI.* . . . .

Splendidae tabulae, quae hanc editionem, a Mortiero nomine celebratam, exornant (tametsi impressae fuerint, postquam ultima Apocalypsis aenea lamina disrupta esset); nihilo tamen minus maximo in pretio habendae sunt ob omnimodam nostri exemplaris praestantiam, et figurarum venustatem.

742. Figures pour servir à l'*Histoire du Vieux, et Nouveau Testament de M. Jacques Basnage*, gravées par Rom. de Hooge. *Amsterdam, Groenewoudt, 1705, in 4.°* . . . . . 3. D. 47.

Haud vulgare nomen praeclarus harum figurarum sculptor sibi comparavit; quod suorum operum pretium auget.

743. La Sainte Bible, contenant le Viel, et le Nouveau Testament, enrichie de plusieurs belles figures. *Paris, chez Gerard Iollain, 1703. Acc.* — La Vie, et les miracles de Jésus Christ tirés du Nouveau Testament. Gerard Iollain excudit. *Ibidem, cum epigraphis Latino-Gallicis, in fol. oblongo.* . . . 3. B. 1.

744. —— Ex. alterum, in cuius fronte: *Paris, chez Daumont, sine anno, in fol. obl.* . . . . 3. B. 2.

Utrumque hoc exemplar easdem figuras, si numerum, et delineationem spectes, exhibet: si vero incisionem, diversae sane sunt. In primo namque, quod anni notam praesefert, et a Iollain excusum in *Novi Testamenti* titulo praeclare dicitur, tabulas 268 elegantioris

incisionis videre est. In secundo vero exemplari, quod anni nota caret, eaedem tabulae diversimode incisae manifeste apparent: quod vel laminarum restaurationi, vel iteratae incisioni tribuendum est. Hae tamen frequentius praedicti exsculptoris nomine signantur.

745. Histoire Sacrée de la Providence, et de la conduite de Dieu sur les hommes, tirée de l'Ancien, et du Nouveau Testament; representée en 500 tables, gravées d'après Raphael, et autres grands Maitres; expliquée en Latin, et en François. Dediée à la Reine, par (Jean-Bapt.) de Marne, Graveur. *Paris, 1730, in fol.* Insertae ac compactae inveniuntur elegantes hae Biblicae tabulae in exemplari Bibl. Sacr. *Lat. Gall., Paris., eod. an. 1730, per Desprez, et Desessartz, vol. VI. in fol.*......... 3. G. 37-42.

746. Figures de la Bible, contenues en cinq cens tableaux, gravés d'apres les desseins de Raphael, et des plus grands Maitres; accompagnés d'une courte explication pour l'instruction de la jeunesse; et précédés d'un Discours preliminaire, où se trouve l'Histoire des figures de la Bible, par M. Rondet. *Paris, Herissant, 1767, in 4.°* 68. P. 16.

Haec editio, a Rondetio curata, tam in adversa, quam in aversa cuiusvis folii pagina easdem puras putas figuras exhibet, quae in praecedenti titulo, a I. B. de Marne incisae, referuntur; praecisis tamen Epigraphis, ceteroque ornatu, quibus illae instructae prodierant.

747. Les figures de l'Histoire Sacrée, au nombre de CCC, gravées d'après les desseins de Marillier, et Monsiau; insérées dans la version de M. de Sacy, publiée à *Paris, de l'imprimerie de Monsieur, par Defer de Maisonneuve, Gay, et Didot, 1789-1807; vol. XII. in 4.°* (n.° 546).... XVI.* D. 1-12.

Hae quidem figurae ceteris omnibus palmam praeripiunt ob omnimodam tum inventionis, tum incisionis elegantiam, quae ultimis hisce temporibus mirum quantum *Parisiis* provecta, et elata fuit. Eaedem in SS. Bibliorum versione novissima Hispanica (de qua n. 590) adornanda etiam adhibitae fuerunt.

748. Les figures de la Sainte Bible, gravées d'après les desseins de Mrs. Hoet, Houbraken, et Picart, publiées par H. A. Vander-Marck. Se trouvent inserées dans les *Discours historiques, critiques, théologiques, et moraux, sur les événémens les plus mémorables du V., et du N. Testament*, par M. Saurin etc. *Haye, chez Pierre de Hondt, 1728-39, vol. VI. in fol., pap. super-Royal*................ XVI.* G. 1-6.

749. —— Ex. alt.... III. H. 18-23.

750. —— Eaedem Figurae Biblicae. *Exstant compactae in Bibl. Sacr. Latin. Parisiis, 1731; vol. III. in fol.* (n.° 409).......... I. F. 25-27.

751. —— et in Bibl. Sacr. Lat. *Remis, 1743-49; vol. VI. in fol. (sup. num. 414)*......... III. H. 3-8.

Quatuor harum figurarum integra possidemus exemplaria, quae in citatis diversis Sacrorum Bibliorum editionibus compinguntur. Primum, in charta maxima impressum, compactum exstat cum *Sermonibus Biblicis* supra citatis, numero 748. Cetera vero in charta, quam dicunt *mediam*, in praedictis operibus observari poterunt. Heic non praetereundum est, hanc collectionem, quae plurimas B. Picart tabulas continet, ab eoque nomen κατ' ἐξοχὴν sortitur, inter ceteras omnes praestantissimam existimari; eo quod nullis curis, sumptibusque editores pepercerunt, dum circa operis perfectionem unice adlaborantes, praeclarissimos sui aevi artifices undique apud se advocarunt, eorumque operam optimo consilio adhibuerunt.

---

752. Bybel printen, vertoonende de Voornaemste historien en Afbeeldtsels der Heylige Schrifture. Beneffens de sinrijcke Vaersen, soo in't Latijn, Hooghduyts, Fransch, Engels, als mede in 't Neer-duyts gestelt, door-den soet-vloeyenden Poët R. Anslo. *Accedit* Het Derde deel bevattende het Nieuwe Verbont, geschreven door de vier Evangelisten, de Handerlinge der Apostelen en Apocalipsis of to Openbaringe Iohannis. *Amsterdam, by Gillis Ioosten, voor Danckert Danckertsz, 1659, in fol.*... XXI.*....

Tabulas CXLVII, ad V. et N. Testamentum pertinentes, hoc opus exhibet. Unaquaeque earum sesqui-paginam occupat; eique subditur quadrilinguis subiecti elucidatio poetica.

CAPUT SECUNDUM

INTERPRETES, ET COMMENTATORES BIBLICI.

§. I.

COMMENTATORES, ET INTERPRETES HEBRAEI, SEU RABBINICI.

753. Pentateuchus, Hebraice, cum Targum, et cum commentariis R. Salomonis F. Isaaci (vulgo Iarchi, contracte Rasci); et R. Ezechiae Fil. Manoach, sub tit. Chazkuni. Acc. Quinque Meghilloth, cum commentariis Iarchi, et Aben-Ezrae, et Aphtharoth. *Ven., per Dan. Bombergium, an. min. sup. 284; Chr. 1524, in fol.*......... I. H. 25.

754. —— Eiusdem R. Sal. Iarchi. Commentarius in Pentateuchum, Quinque Meghillot, Esdram, Nehemiam, et Paralipomena, Hebraice. *Venetiis, apud Ioan. de Gara, 1580, in 8.°* 106. B. 24.

—— Eiusdem Commentarii in omnes Veteris Testamenti libros. *Exstant in Bibl. Rabbin. Basileens., num. 43.*

755. R. Aben Ezra. Commentaria in Legem, in Isaiam, Prophetas minores, Psalmos, Proverbia, Iob, quinque volumina, Danielem, Ezram, et Nehemiam. *Exstant in Bibliis Rabbinicis Ven. 1525, et seqq. V. sup. n.° 7. 27. 41., et 43.*

756. Adnotationes ex Rabbinorum commentariis excerptae, ad universas SS. Bibliorum partes, praesertim vero ad Pentateuchum, pertinentes. *Exstant in Tomo II. Bibl. Hebr-Lat. Munsteri. Basil. 1564, n.° 119, et 122.*

757. R. Levi Gerson. Commentarius in Pentateuchum, (sine anni, loci, et typographi nota; sed *Mantuae, per Abrahamum Conatum*, circa annum 1476, quo anno eumdem Hebraicam suam typographiam ibidem aperuisse compertum est) *in fol.*............ XIII.° I. 18.

De nostra hac rarissima, et pervetusta Mantuana editione videsis praeclarum *Annalium Hebraeo-Typographicorum* scrutatorem et illustratorem Io. Bern. de Rossi, *part. II. pag. 111-12*, qui de hoc, ceterisque R. Gersonidis operibus, et Conati editionibus docte, et copiose, suo more disserit. Vide pariter eiusdem Auctoris *Catalog. MSS. Codd. Hebraic. Tom. I. Cod. 47, pag. 21-23; et Dictionar. Histor. Auctor. Hebr. Tom. I. pag. 126-9.* Hi vero Gersonidis in Pentateuchum Commentarii historici sunt, et passim litterales; sed non raro metaphysicis ambagibus involvuntur, et a sensu S. Scripturae recedunt.

758. Dom Isaac Abarbanel, seu Avravanel. *Perùsch al Hattora*, h. e. Commentarii absolutissimi in Legem, scilicet Pentateuchum Moysis. *Venetiis, charactere Rabbinico, ac minuto, anno mundi* 5339 (Chr. 1579), *cura R. Samuelis Archivolti, apud Ioan. Aloysium Bragadini filium, impressore R. Iacobo Parentio, qui operi epistolam praefixit, in fol.*......... 66. H. 11.

Princeps haec est editio huiusce operis, quod *Monopoli* in Apulia, anno 1496, elucubratum ab Isaaco fuisse statuit Maius, in Isaaci vita; *Neapoli* vero absolutum esse legitur in calce libri Deuteronomii citatae editionis, et in ms. notatione apposita *ad Cod. 658 Bibliothecae De-Rossianae.* Quidnam veri hac de re tenendum sit, praeclare tradit nunquam satis laudatus De-Rossi, tum in *Diction. Auct. Hebr. Tom. I. pag. 22;* tum in *Catal. Codd. MSS. suae Biblioth., Tom. II., pag. 120-*

759. R. Bechai, sive Bachiè ben Ascer. *Biùr al Hattora*, h. e. Elucidatio in Legem Moysis; in qua totus Pentateuchus elucidatur triplici via, Litterali, Allegorica, et Cabalistica. *Venetiis, apud Danielem Bombergum, opera, et studio R. Mosis Ben Zachariae Corcyrensis, anno min. supput.* 304 (Christi 1544) *in fol.*.......... II. E. 35.

De celeberrimo hoc Rabbino, Caesaraugustano, qui fuit discipulus Harrischa seu Arrisba', et *Sapientissimus Doctor, Magnum lumen*, et *Magnus Magister* vocatus fuit, fuse admodum loquitur Bartoloccius, *in Biblioth. Magn.*

Rabbin. Romae, *1675*, *Part. I. num. 321*, *pag. 505*, *et seqq.* Ex hac editione sublatas esse iniurias, quas in praecedentibus contra Christianos Iudaeus Auctor evomuerat, notat De-Rossi, *in Bibl. Iud. Antichr. pag. 20.*

---

760. Targum (Onkelos) in Pentateuchum. Acc. Quinque Meghillot cum Aphtharoth, seu sectionibus propheticis. *Sabbionetae*, *sub ditione Vespasiani Gonsaga-Colonna*, *in domo Dom. Tobiae Foà*, *1557-58*, *in 16...* I. A. 35.

Hanc editionem, ad eximiae raritatis, et celebritatis Codicem exactam, quam maxime extollit Ioan. Bern. De Rossi, in *Annal. Hebr. Typogr. Sabbionet.*, *sub Vespasiano Gonzaga. Parm. 1780*, *in 8.° pag. 158-161.*

Targumim vero, seu Paraphrases Chaldaicas ideo heic Commentariis subiungimus, quod hae non meras quidem Sacri Hebraici textus versiones, sed laxiores interpretationes, glossis plerumque admixtis, exhibeant; ac proinde *illustrissimi Hebraici textus commentarii* a Io: Buxtorfio appellentur, in *Praefat. ad Bibl. Rabbin. Basileae edita.* Vulgatissimum et antiquissimum in Moysia Pentateuchum Targum, seu Chaldaica Paraphrasis Onkeloso adscribitur, quae ceteris est accuratior, strictiusque textui inhaeret; ita ut eiusdem pura puta versio dici posset. Ceterae vero, ac praesertim Hierosolymitana paraphrasis, plus minus ab originali textu recedunt, aliaque verba, ut res clarius explicentur, admittunt. De Iudaeorum Targumim legi poterit Rich. Simon *Disquis. Critic. de var. Biblior. edition. Lond. 1684*, *cap. XIII. pag. 97*, *et seqq.*; Wolf. *Bibl. Rabbin.*, et De-Rossi *Diction. Auct. Hebr. Tom. 1.° II. pag. 144.*

761. — Idem Targum Onkelosi in Pentateuchum, cum Latina versione Alph. de Zamora. *In Bibl. Polygl. Complut.*, *sup. num. 91.*

762. — Cum eadem versione, a Ben. Aria-Montano recognita. *In Bibl. Polygl. Antverp.*, *et Parisiens.*

763. — Cum eadem versione, mutatis tamen diversoque charactere notatis iis, quae respondent textui editionis Basileensis, seu Buxtorfianae, qui ab Anglis editoribus adoptatus fuit. *In Bibl. Polygl. Londinens.*

764. — Idem Targum in Pentateuchum, cum commentariis Rabbi Salomonis Iarchi. *Exstat in omnib. Bibl. Rabbin.*

765. — Pentateuchus, ex triplici Targum, scilicet Pseudo-Ionathani, cum versione Latina Cevalerii ab editoribus Anglis recognita: 2. Hierosolymitana paraphrasi, ubi variat, margini adnotata, cum eiusdem versione Latina: et 3. cum Paraphrasi Persica Iac. Tawosi, characteribus Persicis descripta, et Latina interpretatione donata a Thoma Hyde. *Exstat Appendicis loco*, *in Tom. IV. Bibl. Polygl. Londinens.*

766. —— Pentateuchus, ex duplici Targum, scilicet Onkelosi, et Hierosolymitano. *Exstat in omnibus edition. Bibl. Rabbinic.*

---

767. Veterum Rabbinorum in exponendo Pentateucho modi tredecim, Hebraice, et Latine, cum explanationibus, e Rabbinorum libris petitis, opera et industria Philippi Aquini. Accedunt octo eruditorum Rabbinorum Commentaria in Psalmum 119 etc. *Lutetiae Parisiorum*, *ex offic. Nivell.*, *1620*, *in 4.°* 6. B. 3.

—— Exst. etiam in Fascic. IV. Opuscul. Histor. Philolog. Sacr., Tom. IV. n. XVIII, p. 417, et seqq. V. B. 54.

---

768. Mechiltha'. Commentarius vetustissimus, et eruditissimus in Exodum, Hebraice, et Latine, Blasio Ugolino Interprete. *Exstat in Thes. Antiquit. Sacr. Ugolini*, *Tom. XIV.*, *pag. 2*, *etc.*

769. Pesiktha' minus. Commentarius vetustus, et philologicus in Leviticum, Numeros, et Deuteronomium, auctore R. Coana, Doctore Gemarico, Hebraice, et Latine, Bl. Ugolino interprete. *Exstat in eodem Thes. Ant. Sacr.*, *Tom. XV.*, *pag. 998*, *ad finem*, *et Tomo XVI.*

770. Siphra'. Commentarius vetustissimus, et eruditissimus in Leviticum, Hebraice, et Latine, eodem Ugolino interprete. *In eodem Thes. Ant. Sacr.*, *Tomo XIV. pag. 588.*

771. Siphri. Commentarius vetustissimus, et eruditissimus in Numeros, Hebr-Lat., eodem Ugolino interprete. *Ibidem*, *Tom. XV.*, *pag. 2*, *et seqq.*

772. SIPHRI. Commentarius vetustissimus, et eruditissimus in Deuteronomium, Hebr-Latine; eodem UGOLINO interprete. *In eod. Thes. UGOLINI, Tom. XV., pag. 450, etc.*

773. DOM ISAACUS ABARBANEL. Commentaria in Prophetas priores, nempe Iosuam, Iudices, et Libros Samuelis, ac Regum; cum praefatione, et Latinis indicibus, edente AUGUSTO PFEIFFERO. *Lipsiae, per Frid. Alb. Christiani, 1686, in fol.* .... 66. H. 3.

774. — Commentarius luculentus, et curiosus in Prophetas Priores, h. e. Iosuam, Iudices, Librum utrumque Samuel, et Regum; iuxta editionem AUG. PFEIFFERI. *Francof. ad Moen., apud Fr. Varrentrapp, 1736, in fol.* II. E. 30.

775. R. IOSUA AARON, Iudaeus Karaita. Excerpta in Librum Iosuae, et Iudicum, Hebraice, cum notulis aliquot. *Exstant in Biblioth. Hebr. WOLFII, Tom. IV. pag. 1096, et seqq.; ac in Thes. Antiquit. Sacr. Tom. XXII. pag. 498. et seqq.*

776. Liber Iosuae, cum varietatibus ex Chaldaicae paraphrasis versione depromptis; et cum commentario perpetuo, et adnotationibus ANDR. MASII. *Vide sup. num. 101.*

777. R. SALOMONIS IARCHI. Commentaria in Prophetas Priores, et Posteriores, et in Psalmos. *Exstant in BIBL. RABBIN. edit. Venet. an. 1525, et seqq.*

778. R. LEVI GERSONIDIS, (contracte RALBAG). Commentaria in Prophetas Priores, Proverbia, et Iob. *V. Ibidem.*

779. D. ISAAC ABARBANEL. *Perusc hal neviim acharonim*, seu Commentaria in Prophetas posteriores, nempe Isaiam, Ieremiam, Ezechielem, ac XII Minores, Hebraice. (*Amstelodami*) *sine typographi nomine, an. min. supp. 401* (*Chr. 1641*), *in fol.* .... 66. H. 17.

Post primam editionem Pisaurensem anni 1520, Amstelodamensis haec, incerto typographo, prodiit; in eaque expuncti fuere praecipui loci, quibus virulentus Auctor contra Christianos, hoc praesertim in opere, debacchatus fuerat. Legi poterit BARTOLOCCIUS, *Bibl. Rabbin. Tom. III. pag. 875; et DE-ROSSI, Bibl. Iud. Anti-Christ., pag. 8-9.*

780. R. DAVID KIMCHI. Duodecim Prophetae Minores, cum KIMCHI commentariis Hebraicis, a FRANCISCO VATABLO emendatis, et locorum Scripturae passim citatae adnotatione illustratis. *Exstant in Tom. IV. BIBL. HEBR. edit. Paris. ex offic. R. Stephani, 1539, de quibus sup. num. 12-14.*

781. R. IONATHAN ben UZIEL. Targum, seu Chaldaica paraphrasis in Prophetas Priores, Posteriores, et Minores, cum commentariis R. DAVID KIMCHI (contracte RADAK). *Exstat in omnibus editionibus BIBL. RABBIN.*

782. —— Idem Targum, cum Latina versione. *In BIBL. POLYGLOT. num. 92, 94, 96, 97.*

783. Targum, seu paraphrasis Chaldaica, quae etiam Syriaca dicitur, IONATHANI CHALDAEI, antiquissimi atque fidissimi Sacrarum Veteris Testamenti Scripturarum interpretis, in Hoseae, Ioëlis, et Amosi gravissimas prophetias: atque etiam in Ruthae Historiam, et Lamentationes Ieremiae Prophetae, incerto auctore Caldaeo: Latine, interprete IOHANNE QUINQUARBOREO; cum eiusdem adnotationibus. *Parisiis, apud Martinum Iuvenem, 1556, in 4.°* ..... 66. G. 16.

784. — Ex. alt............ a. B. 2.

785. R. DAVID KIMCHI. Commentarii in Psalterium, Hebraice. *Isnae, apud Paulum Fagium, 1542, in fol.* 106. D. 1.

786. —— Iidem Commentarii, ex Hebraeo Latine redditi a D. AMBROSIO IANVIER. *Parisiis, Billaine, 1666, in 4.°* .... V. C. 13.

787. Selectissimorum Commentatorum Hebraicorum notae Hebraicae in Psalterium Davidicum, et aliorum Θεοπνεύστων, in textu originali, edente HENR. IAC. VAN-BASHUYSEN. *Hanoviae, in Typogr. Orientali, 1712, in 12.....* II. A. 52.

788. Octo eruditiorum Rabbinorum (MATTHATHIAE ISTHASAEI, DON IOSEPHI ABEN IECHAIA, ABEN HEZRA, MEDERAS, SA-

LOMON IARCHI, IALCUT, DAVID KIMCHI, et KHUN IEROSOLYMITANI) Commentarii in Psalmum CXIX, PHIL. AQUINO collectore, ac interprete. *Exstant cum opusculo, cui titulus:* Vett. Rabbin. in expon. Pentat. modi XIII, *sup. num. 767.*

789. R. IOSEPH, Coecus vulgo dictus. Targum, sive Chaldaica paraphrasis in totum Psalterium Davidicum, cum versione Latina. *Exstat in Psalt. Pentaglot. AUG. IUSTINIANI, sup. n. 102-3.*

—— *Et in PSALT. QUADRILINGUI Colon., an. 1518, sup. n. 104.*

790. Targum in Psalterium Davidicum (auct. R. IOSEPH) litteris Hebraicis impressum. *Romae, apud Fr. Zannettum, 1581, in 16.* .... I. A. 48.

791. — Idem Targum, cum versione Latina MONTANI, etc. *Exstat in BIBLIIS POLYGLOTTIS Antuerp. etc.*

792. — Idem Targum, cum commentariis R. DAVID KIMCHI. *Exstat in omnibus BIBL. RABBIN.*

793. R. IOSEPH COECUS. Targum in Iob, cum commentariis R. MOSIS BEN NACHMANIDIS (Ramban), et R. ABRAHAM PERITZOL, sive potius FARISSOL *Exstat in BIBL. RABBIN. edit. Venet. 1517.*

794. — Eiusdem Targum in Salomonis Regis Proverbia, cum commentariis R. KAV VENAKI, seu SALOM ben ABRAM, Lusitani. *Exstat in BIBL. RABBIN. an. 1517.*

795. — Idem Targum, cum respondente versione Latina. *In BIBL. POLYGL.*

796. Trium Rabbinorum, nempe SALOMONIS ISACIDIS, ABRAHAMI ABEN-EZRAE, et LEVI ben GHERSOM Commentarii in Salomonis Regis Proverbia, quos ANTONIUS GIGGEIUS interpretatus est, castigavit, illustravit. Accesserunt versiones Chaldeae paraphrasis, et Syrae lectionis. *Mediolani, ex Typogr. Collegii Ambros., 1620, in 4.°* .... 68. M. 3.

797. —— Ex. alt....... 106. D. 18.

798. R. IOSEPH COECUS. Targum in Quinque Meghillot, sive quinque parva volumina, (nempe Canticum Canticorum; Librum Ruth; Threnos, sive Lamentationes Hieremiae; et librum Esther); et Targum, seu Paraphrasis altera in Librum Esther: cum commentariis R. SALOMONIS IARCHI, contracte RASCI. *Exst. in BIBL. RABBIN. editt. Venet., et in Basil. BUXTORFII.*

799. — Idem Targum, cum commentariis RASCI, et R. ABRAHAM ABEN-EZRAE. *Exstat in edit. Venet. 1525, et seqq.*

800. — Sine commentariis, et cum versione Latina. *Exst. in BIBL. POLYGL. Antuerp. Parisiens. et Londin.*

801. Canticum Canticorum Salomonis Regis, cum commentariis trium Rabbinorum, SALOMONIS IARCHI, ABRAHAMI ABEN-EZRAE, et Innominati cuiusdam, G. GENEBRARDO interprete; cum eiusdem observationibus. *Parisiis, apud Mart. Iuvenem, 1570.* Adligatur Prophetae Ioelis vaticinium, et Chaldaea eius paraphrasis, cum commentariis IARCHI, ABEN-EZRAE, et DAV. KIMCHII, eodem GENEBRARDO interprete. *Parisiis, apud eumdem typographum, 1563, in 4.°* II. G. 7.

802. — Idem opus. *Parisiis, apud Aegidium Gorbinum, 1585, in 8.°* I. A. 19.

803. Liber Ruth, ex Targum incerti Interpretis. *Exstat in POLYGL. HUTTER., sup. num. 94.*

804. — cum versione Latina ANDR. MASII, etc. *Extat in BIBL. POLYGL. Antuerp., etc.*

805. Liber Esther, ex duplici Targum incerti Interpretis. *Exstat in BIBL. RABBIN. an. 1517.*

806. — cum interpretatione Latina, etc. *In BIBL. POLYGL. Antuerp. etc.*

807. DANIEL, cum commentariis R. LEVI F. GERSON. *Exst. in BIBL. RABBIN. Venet. edit. 1517.*

808. — cum commentariis R. SAADIAE HAGGAON. *In Venet. edit. anni 1525, et seqq.*

809. — cum commentariis R. SAADIAE, et R. ABR. ABEN-EZRAE. *In Venet. edit. an. 1568, et 1617; et in Basil. 1618.*

810. — Targum, sine commentariis, et cum versione Latina. *In BIBL. POLYGL. Antuerp., etc.*

811. R. Salomon Iarchi. Commentaria in Ezram, sive Esdram; Nehemiam; et Paralipomena. *Exstant in omnibus Bibl. Rabbin.*

812. R. Simeon (incerti cognominis, et aetatis). Commentaria in Esdram, Nehemiam, et Paralipomena. *Exst. in Bibl. Rabb. Venet. 1517.*

813. R. David Kimchi et R. Abraham Aben Ezra. Commentaria in eosdem Libros. *In Bibl. Rabbin. edit. Venet. 1568, sup. num. 27.*

---

814. Paralipomenôn, seu II. Chronicorum Libri Paraphrasis Chaldaica, hactenus inedita, et multum desiderata: nunc vero e codice MS. antiquo membranaceo Monasterii Erfordiensis exscripta, et iuris publici primum facta, cura atque opera Matth. Frid. Beckii; cuius etiam versio Latina, et in illam notae simul prodeunt (quibus Codex MS. mutilus et mendosus, unde opus exscriptum est, suppletur, atque emendatur). *Augustae Vindelic., typis Koppmajer, 1683, in 4.°* .... II. C. 10.

815. Paraphrasis Chaldaica in Librum priorem, et posteriorem Chronicorum, Auctore Rabbi Iosepho, Rectore Academiae in Syria; nunc demum e MS. Cantabrigiensi descripta, ac eum versione Latina in lucem emissa a Davide Wilkins. *Amstelodami, apud Io. Boom, 1715, in 4.°* .... 68. D. 52.

Eadem est, ac praecedens, haec paraphrasis, quae tamen ex MS. Codice Cantabrigiensi integra, et emendatior elegantioribus typis edita est. Utrumque Chronicorum librum complectitur; et accuratiori versione donatur.

§. II.

VETERIS, AC NOVI TESTAMENTI INTERPRETES CHRISTIANI.

816. Alcuinus (sive *Flaccus Albinus*). Opusculum de comparatione Veteris, et Novi Testamenti, a denario numero usque ad unum. *Exstat in Thes. Anecd. B. Pezii, Tom. II. pag. 1.*

817. Eiusdem Commentarii in quamplures Veteris, et Novi Testamenti libros. *Exstant inter eius opera, edita Lutetiae Parisior., 1617, in fol.* VII. H. 5.

Alphabeticum heic ordinem, utpote inquisitionibus commodiorem, sequuti sumus in recensione *Commentatorum*, et *Interpretum SS. Bibliorum*, quos in duas distributos classes exhibebimus. Prima haec classis eos Scriptores continebit, qui in utrumque Testamentum, vel in praecipuos utriusque Testamenti Libros scripserunt. Secunda vero ceteros omnes complectetur, qui tam in Vetus, quam in Novum, vel in aliquot tantummodo Veteris, Novique Testamenti Libros suas elucubrationes posteris commendarunt. In huius porro Catalogi calce *Conspectum* addere placuit singulorum Auctorum, penes nos existentium, qui omnes, vel aliquot S. Scripturae Libros suis operibus elucidandos sibi sumserunt; ut lectores uno veluti intuitu totius materiae Biblicae distributionem conspicientes, e regione cuiusque SS. Bibliorum libri, Auctorum, qui illum illustrarunt, distinctam seriem, notitiamque inveniant.

818. Alexander (*Natalis*). Historia Ecclesiastica Veteris, Novique Testamenti; et in loca eiusdem insigniora Dissertationes historicae, chronologicae, criticae, et dogmaticae, quae Commentariorum vice egregie fungi poterunt. *In Tom. I. Hist. Eccl. eiusdem Auctoris.*

819. S. Ambrosius (*Mediolanensis*). Commentarii in S. Scripturam Veteris, et Novi Testamenti; nempe in Hexaëmeron, lib. VI. De Paradiso. De Cain, et Abel. De Noe, et Arca. De Abraham. De Isaac. De Iacob, et de Ioseph Patriarchis. De benedictionibus Patriarcharum. De Elia, et ieiunio. De Nabuthe Iezraelita. De Tobia. De interpellatione Iob, et David. Duae apologiae Prophetae David. Enarrationes in Psalmos. Expositio in Psalmum XVIII, et in Evangelium D. Lucae. *Vide Operum omn. S. Ambros. Tom. I., et edit. Venet. 1748, etc.*

820. S. Augustinus, Hipponensis Episcopus. Opera didactico-exegetica in S. Scripturam, nempe Locutionum in Genesin libri VII; Quaestiones in Heptateuchum; Annotationes in Iob; Speculum; Tractatus in Evangelia, et in Epi-

stolas; De mirabilibus S. Scripturae libri tres; De benedictionibus Iacob; Quaestiones in V. et N. Testamentum; Expositio in Apocalypsin; et Enarrationes in Psalmos. *Exstant in Tom. III. et IV. Opp. edit. Antwerp. 1700, etc.*

821. — Biblia Augustiniana, seu explicatio locorum S. Scripturae, ex S. Augustini operibus excerpta, et in unum corpus collecta, auctore Davide Lenfant. *Lutetiae Parisiorum, 1661, vol. II. in fol.* .... 67. K. 6-7.

822. Aureolus (*Petrus*). Compendiosa in universam Sacram Scripturam commentaria, edente Cl. Steph. Novelleto. *Parisiis, Nic. Nivellius, 1585, in 8.°* .... 1. A. 8.

823. — Idem opus, ex nova recensione. *Rothomagi, Iacobus Besongne, 1649, in 8.°* .... 3. A. 34.

B.

824. Barbeaiis (*Bartholomaeus de*). *V. inf.* S. Bonaventura *num. 836.*

825. Beda Presbyter (*Venerabilis*). Commentaria in Vetus Testamentum, scil. in Hexaëmeron, in Genesin, in Numeros, et Deuteronomium. Allegorica expositio in Samuelem. Quaestiones in libros Regum. Expositiones in Ezram, in Nehemiam, et Iobum. Libri super Parabolas, et in Cantica. De Tabernaculo. Commentarii in Novum Testamentum, scilicet in Matthaeum lib. IV. Expositio Orationis Dominicae. Comment. in Marcum; et in Lucam. Expositio in Ioannem; et in Acta Apostolorum: Super Epistolas Canonicas; et in Apocalypsin. Retractationes in Acta Apostolorum. In Epistolas Paulinas Commentaria. *Parisiis, Asensius, et Girault, 1542-45, vol. III., in fol.* VI. D. 5-7.

—— Ex. alterum...... VII. C. 32.

—— *Et inter Eiusd. Opp. omn. edit. Colon. Agripp. 1612. vol. III. VI.*

826. Beacorius (*Petrus*), Pictaviensis. Opus reductorii moralis soper tota Biblia Sacra Veteris, et Novi Testamenti. *Exst. in Tom. I.° Opp. eiusdem. Colon. Agripp. 1712, in fol.* .... 3. G. 1.

827. Benedictus (*Ioan.*) Scholia in universam S. Scripturam. *Vide sup. num. 348, 352, et 369.*

828. Benedictus (*Renatus*). Stromata Biblica. *Exstant in Bibl. Lat. edit. Paris. 1565-6., V. sup. num. 362.*

829. — Panoplia Catholicorum, seu Catholica expositio Locorum praecipuorum S. Scripturae tam Veteris, quam Novi Testamenti, quibus Apollionistae Haeretici abutuntur. *Parisiis, Chesneau, 1575, in 8.°* .... 3. A. 37.

830. S. Bibbia (*La*) vendicata dagli attacchi dell' incredulità, e giustificata da ogni rimprovero di contraddizione con la ragione, con i monumenti dell' Istoria, delle Scienze, e delle arti; con la Fisica, la Geologia, la Geografia, la Cronologia, e l' Astronomia, dal Sig. Abate du Clot; nuova traduzione, con note di un Teologo dell' Università Fiorentina. *Napoli, 1821-23; vol. VI, in 8.°.* 106. C. 29-34.

831. — Exemplar alt. 107. C. 36-41.

832. Bible (*La*) enfin expliquée par plusieurs Aumoniers de S. M. L. R. D. P. (M. de Voltaire). *Londres, 1777; vol. II. in 8.°* .... 66. F. 29-30.

Scelestissimum impii Auctoris opus; in quo dum Voltairius, larvato sub nomine, ad res sacras, divinasque illotis manibus tractandas accedit, nil aliud agit, quam summ nequissimum animum prodere; ac proinde se lectoribus ridendum, et exsecrandum praebet.

833. Biblia maxima versionum, ex linguis Orientalibus, pluribus sacris MSS. Codd., innumeris fere SS. Patribus, et Interpretibus Orthodoxis, collectarum; earumque concordia cum Vulgata, et eius expositione litterali; cum annotationibus Nic. de Lyra, Ioan. Gaonaei, Guil. Estii, Ioan. Menochii, et Iac. Tirini; additis amplissimis prolegomenis, Chronico Sacro, Tractatu de ponderibus, mensuris, monetis, idiotismis linguarum etc; auctore P. Ioan. de la Haye. *Lutetiae Parisiorum, sumptibus Bechet, Bertier, et Piget, 1668-80; vol. XIX. in fol.* .... II. H. 1-19.

834. — cum selectissimis Commentariis

litteralibus variorum Theologorum (nempe Ioan. Gaonaei, Ioan. Maldonati, Emm. Sa', Guil. Estii, Ioan. Marianae, Petri Lansselii, Thomae Malvendae, Ioan. Steph. Menochii, Iac. Tirini, Iac. Gordoni, et Iac. Benigni Bossuet). *Venetiis, apud Modestum Fentium, 1745-58; vol. XXVIII, in 4.°* I. D. 8-35.

835. Biblia Sacra cum glossa ordinaria, et parva, sive interlineari; additis etiam P. Burgensis adnotationibus, et M. Doringi replicis. *V. inf. Walafridus Strabus Fuldensis.*

—— cum postilla, sive expositione continua, iuxta quadruplicem sensum, in S. Biblia universa. *V. inf. Hugo de S. Charo.*

—— cum postilla, sive explicationibus, litteralem praecipue S. Scripturae sensum referentibus. *V. inf. de Lyra (Nicolaus).*

—— cum scholiis Mich. Villanovani, sive Mich. Serveti. *Vid. sup. num. 342.*

—— cum adnotationibus Theologorum Tigurinorum. *Vid. sup. num. 344.*

—— cum adnotationibus, quae vulgo dicuntur Vatabli. *Vid. sup. num. 345. 373. et 404.*

—— cum scholiis Ioan. Benedicti. *Vide sup. num. 348, 352, 369.*

—— cum adnotationibus Ser. Castalionis. *Vide sup. num. 351.*

—— cum scholiis, seu commentariis Isid. Clarii. *Vide sup. n. 356, et seqq.*

—— cum scholiis Tremellii, Iunii, et Bezae. *Vide sup. num. 378, 381, et 389.*

—— cum brevibus explicationibus Lucae Osiandri. *Vide sup. num. 384.*

—— cum scholiis Ioan. Marianae, et aliorum. *Vide sup. num. 385; et inf.* Mariana (*Ioan.*).

—— cum SS. Patrum expositionibus litteralibus, et mysticis, collectore Franc. Haraeo. *Vide sup. num. 388.*

—— cum commentariis Iac. Gordoni. *Vid. sup. num. 391.*

—— cum notis editionis Vitreanae, seu Ioan. Bapt. Du-Hamel. *Vide sup. num. 401, 407, 408, 411, 416, et 417.*

—— cum observationibus, et notis Petri Sabatier. *Vide sup. num. 414.*

836. S. Bonaventura. Isagoge in S. Scripturam. Sermones in Hexaëmeron. Expositio in Psalterium; in Ecclesiasten; in Sapientiam; et in Lamentationes Hieremiae. Expositio in cap. VI. S. Matthaei. Expositio in Evangelia S. Lucae, et S. Ioannis. Collationes in Evangelium Ioannis. *Ext. in Tomo I. et II. opp. omn. Romae, 1588-96.*

837. — Glossa, seu Summa ex omnibus S. Bonaventurae expositionibus in Sacram Scripturam Veteris, et Novi Testamenti, collecta a Bart. de Barberiis. *Lugduni, 1681; vol. IV. in fol....* 3. G. 15-18.

838. Brenius (*Daniel*). Breves annotationes in omnes Veteris, et Novi Testamenti libros; et alia opuscula. *Amstelodami, apud Fr. Cuperum, 1666, in fol.....................* 67. H. 26.

839. Brentius (*Ioannes*), Pater, Theol. Lutheranus. Commentarii in Pentateuchum. Expositiones in Iosuam, in Libros Iudicum, Ruth, in duos Samuelis, et in duos Regum Libros, in Esram, in Nehemiam, et in Esther. *Tubingae, typis Georgii Gruppenbachii, 1575, vol. II. in fol............* 67. H. 1-2.

840. S. Bruno *Astensis*, Benedictinus. Expositiones in S. Scripturam Veteris, et Novi Testamenti; nempe in Pentateuchum; in Iob; in Psalterium; et in Cantica Canticorum. Expositio de muliere forti. Commentaria in quatuor Evangelia. Expositio in Apocalypsin. *Exstant inter eius Opera omnia, edita a Bruno Bruni. Romae, Zempel, 1789-91; vol. II. in fol...................* 69. G. 4-5.

C.

841. Calmet (*Augustin*). Commentaire littéral sur tous les Livres de l'Ancien, et du Nouveau Testament; avec des Préfaces, et des Dissertations du même Auteur. *Paris, chez Emery, etc. 1724; vol. VIII, in fol.* II. G. 13-20.

842. — Commentarius litteralis in universam S. Scripturam, Latinis nunc literis traditus, et praefationibus, notulisque aliquot a Ioan. Dom. Mansi illustratus. *Lucae, Marescandoli, 1730-38; vol. IX. in fol........* II. E. 14. 22.

[illegible]

[illegible] Livres de [illegible]

[illegible] scripta [illegible]

—— [illegible] Vide [illegible] [illegible]

—— [illegible] Vide supra, num. 385 [illegible] Manuscri[illegible] ([illegible]).

—— [illegible] Patrum expositio [illegible] et mystica [illegible]

—— [illegible] Vide infra [illegible]

—— [illegible]

843. — Opera omnia in Sacram Scripturam V., et N. Testamenti, eodem Ioan. Dom. Mansi interprete: novissima editio, ab auctore recognita, alicubi emendata, textuum aliquot antea praeteritorum explanatione adaucta, passim vero novis animadversionibus locupletata, et 28 tabulis aeneis ornata. *Augustae Vindelic., et Virceburgi, sumptibus Mart. Veith, 1755-60; vol. XII. in fol.*.................... 67. I. 16-27.

Huic celebratissimo operi appendicis loco adiungitur: *Dictionnaire historique, critique, et litteral de la Bible, enrichi d'un grand nombre de figures en taille-douce, qui représentent les Antiquitèz Iudaiques; avec le supplement; par le meme D. Aug. Calmet. Paris, Emery, etc. 1722-28, vol. IV. in fol.* .... II. G. 21-24.

844. Calovius (*Abraham*) Prim. Professor Wittembergensis. Biblia Veteris et Novi Testamenti illustrata, sive Commentarius locupletissimus in Vetus et Novum Testamentum, in quo litteralis Scripturae sensus asseritur, et confirmatur: praemissis librorum singulorum praeloquiis, et partitionibus; insertisque annotatis Grotii universis, et plerumque etiam sub censuram revocatis. *Francofurti ad Moenum, typis Balthas. Christ. Wustii, 1676; vol. II. in fol.* 68. S. 13-14.

845. Calvinus (*Iohannes*), Haeresiarcha. Commentarii in Pentateuchum. In Iosue. In Libros Samuelis, et Regum. Conciones in Iob. Commentarii in Psalmos. Praelectiones in Prophetas Maiores, et Minores. Harmonia Evangelica cum commentario perpetuo. Commentarius in Evangelium S. Ioannis. Commentaria in Acta Apostolorum. Commentaria, et Conciones in Epistolas Pauli, ceterasque Canonicas. *In IX priorib. Tom. Opp. omn. Calvini, edit. Amstelod. 1671, in fol.* .... X. G. 1-9.

846. Capitonus (*Felicianus*). Explicationes catholicae in aliquot loca Veteris, et Novi Testamenti. *Coloniae Ubiorum, apud Mat. Cholinum, 1581; vol. II. in 8.°*..................... I. C. 20-21.

847. Carrieres (*Fr. de*). Commentaire, ou paraphrase sur la Bible. *V. sup. inter Versiones Biblicas Gall. n. 548, et 605.*

848. Castalio (*Seb.*). Adnotationes in totam S. Scripturam. *V. sup. inter edd. Bibl. Lat., num. 351.*

849. Castanaeus (*Henr. Ludovicus*). Exercitationes Biblicae in omnes Veteris, et Novi Testamenti libros. *Augustoriti Pictonum, 1640, in fol.*... 3. E. 16.

850. Cerda (*Ioan. Ludovicus de La*). Adversaria Sacra, quibus fax, praesertim ad intelligentiam multorum locorum utriusque Testamenti, praefertur. *Lugduni, Huguetan, 1626, in fol.* .... 3. E. 24.

851. Clarius (*Isidorus*). Scholia, seu Commentarii in V. et N. Testamentum. *V. sup. num. 356.*

852. Clericus (*Ioannes*). Libri Legales, Historici, Prophetae, et Hagiographi Veteris Testamenti, ex eiusdem translatione, cum paraphrasi perpetua, commentario philologico, dissertationibus criticis, et tabulis geographicis. *Amstelodami, apud Henr. Schelte, 1708-10; et apud Wetstein, et Smith, 1731; vol. IV. in fol.*................. 68. R. 1-6

853. — Novum Testamentum D. N. I. C., ex versione Vulgata, cum paraphrasi, et adnotationibus Henr. Hammonii, quas ex Anglica lingua in Latinam transtulit, suisque animadversionibus illustravit, castigavit, auxit Ioan. Clericus. *Amstelodami, Georg. Gallet, 1699; vol. II. in fol.*... II. F. 19. 2.

854. — Editio altera emendatior, et auctior. *Francofurti, Thom. Fritsch, 1716; vol. II. in fol.*..... I. E. 21-2.

855. —— Ex: alt... 106. H. 18-19.

— Clot (M. l'Abbè Du-Clot). *V. sup. Bibbia, num. 830.*

